
BIBLIOTECA
DEL DUQUE DE
MEDINACELI
Y SANTISTEBAN
J. M. Florit
Stern Gr. Paris


ORLANDINI RODVLPHINI BONONIENSIS,

Doctoris in utroque iure consummatissimi, in artem Notariæ ordinatiss. Summulæ.

VNA' CVM INSIGNI NOTVLARVM tractatu; necnon de Tabellionatus officio in Castris uel Villis.

Nouissimè post omnes impressiones ubique locorum excusas adamussim recognitæ, cunctisque mendis, & erroribus expurgatæ per D. Borgarutium à Borgarutijs.

Additis quampluribus Additionibus, necnon eleganti Alphabetico Repertorio nuper excogitato, & alijs multis ad decorem facientibus, quæ in alijs hactenus impressis non reperiuntur.



VENETIS,

Apud Petrum Marinellum. MDLXXXIIII.

BORGARVTIVS A BORGARVtijs, Lectori. S.

QVI non lippis oculis hanc postremã Summulæ Orlãdinæ editionem aspexerit, & cum cæteris ante hac impressis non indiligenter contulerit, & cõparauerit: quamplurimas mihi grates relaturos certò scio: & præsertim Tabellionatus artem, singulis diebus, immo singúlis horis exercentes. Summa equidem admiratione capior, quo pacto potuerint recto tramite Notarij incedere, in efformandis instrumentis, & testamentis, & cęteris scripturis ad artem Notariæ spectantibus, cum cęcum, & falsum (ut ita dixerim) ducem habuerint. Falsum .n. & cæcum habebant ducem, cum exemplar sibi foret imitandum omnium mendosissimum. Hac de causa hoc opus mihi emendandum censui. Quantum profecerim, non uereor, uos mihi æquos futuros testes. Iccirco breuibus me expediam. Valete.

LVCAS

LVCAS PANETIVS Artium & legor professor, Canonicus Olchinensis, Demetrio de Cosma fœlicitatem.

EXEGISTI a me iam pluribus elapsis mensibus Demetri charissime, vt Orlandini Bononiensis, in artem notariæ Summulas, hactenus mendose impressas, ad maiorem imperialium formarum declarationem castigãdus curarem. Ego (etsi plurimis distrahar negocijs, simque in tantum occupatus, ut mihi tempus ad uitæ commodum vix suppeditet) incredibilis tamen beniuolentia, qua tibi a crepũdijs deuinctus sum, me coegit, ut libens uotis tuis satisfacerem. Tui igitur gratia opus recognoscendum prius exactissime putaui, subinde imprimendum tradidi nomini dicatum tuo, idque a me recte factum esse censeo. Nam cui magis Orlandini Summulæ conueniunt quàm tibi Demetri? qui ab adolescentia tua in multis Istriæ & Dalmatiæ ciuitatibus scribæ publici munus usque adeo fideliter exercuisti, ut Antibarii per nouem continuos annos, trium magistratuum rogatu, id graue pondus obiueris, nullusque unquam ali

cubi

cubi inuentus sit, qui nomen, & famam tuam in aliquo denigraret. Demum Venetiis apud præfectos vigilum quam syncere, quàm sanctè te gesseris, hoc argumento patet, quòd in horrendis illis captiuitatibus quæ omnibus sunt notissimę, teste Deo & homine, non mali alicuius conscii, neque delatoris, sed insontis titulum adeptus fueris. Omitto nobilem, integerrimũque Mattheum q. patrem tuum qui Dagnum, & plures Epyrhi urbes, ut communis scriba rexit & gubernauit. Nec me sinet mentiri Dyrrachina ciuitas, quæ ipsum omnibus suffragiis in perpetuum sibi tabellionem delegit. Orlandini itaque Bononiensis Summulas adamussim castigatas una cum alphabetico repertorio a me nuper edito, ut soles omnes doctos, libẽti animo amplectere, quibus licet non indigeas, cum hæreditario iure notariæ artem te tenere certum sit, multarum tamen aliarum rerum formularum, quæ in humanis actionibus tractantur, tibi notitiam præstabunt: Papiensem deinde & Abbatem, quàm vnquam fuerint emendatiores, probitati tuę destinare parabo. Vale.

REPER-

REPERTORIVM LOCVPLETISSIMVM.
ex scriptis consummatissimi iuris utriusque Doctoris Orlandini Bononiensis in summulas artis notariæ,

PER DOMINVM LVCAM PANETIVM Canonicum Olchinensem, artium, & legum professorem secundum alphabeti ordinem nouiter editum feliciter incipit.

A

B

C

Domi-

E

Exe-

Hæres

L

stati

M

N

O

Ordo

con-

Relatio

V

Vendi-

FINIS.

ORLANDINI RODVLPHINI BONONIENSIS,

VIRI PRAESTANTISSIMI, In summam artis notariæ nouiter recognitam, præfatio.

ANTIQVIS Temporibus, super contractuum, & instrumentorum formas, & ordines fuerunt per quosdam prudentes uiros, ignaros fortassis, ex conscientiæ puritate, sagacitatum subtilium modernorum, quædam compilationes, & summæ, iuxta tunc uiuentium mores, & consuetudines adinuentæ. Sed cum uenerit; quod iunior, & perspicacior ætas nostra, nouos, & subtiliores mores, sicut in multis alijs, in contractuum ordine secum ferat, oportuit, ut antiquis omissis ritibus, non tanquam quos reijciamus, uel iudicemus erraticos, aut iuri contrarios, sed ut quodam modo alienos, & in paucis, uel nullis congruentes, subtilitatibus modernorum, nouellam, quemadmodum quasi in cæteris fecimus, ita in contractuum dispositionibus, & modis nostri formam temporis imitemur, & nostræ utamur ætatis moribus, & uitæ obseruantiam reformemus. Igitur cum forma hęc, nisi post longa exercitia sciri nequaquam potuerit, uel haberi, eo quod nondum sit hucusque de modernis quisquam in compilationem, & memoriam redegisse repertus, suggessit multorũ fraterna charitas magnis, & cõtinuis instantium precibus, hãc collectionem contractuũ, utpote, protinus ipsa cognita in exercitium deducentẽ, iuxta nostri temporis obseruantias compilari. Verum quia nihil ex omni parte in humanis inuẽtionibus adeo

est perfectum quod si ad perspicacias correctionis regulā deducatur, multa non indigeat tūsione, supplico quatenus, suscipiens vnusquisq; correctionis gratiam habens operis huius rubiginem considerationis debite lima purges, cauens sollicite, ne subintret liuoris aculeus, qui sub quadam se solet ostentatione prudentię palliare. Sed moneat purus, & simplex charitatis affectus propter eruditionem legentium, & profectum. Cęterum opusculū hoc per decem partitum capitula, ab incipientibus, & simplicibus, quorum est principaliter causa factum affectione oportet suscipi uehemēti, debet tamen a prouectioribus non contemni, quia & si prodesse simplicioribus possit, exercitatis tamen plerunque poterit non obesse.

Primum cap. incipit, in quo sequentes continentur tituli, & primo. Venditio de futuro cum arrarum datione.

IN nomine domini amē. Anno eiusdem millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto, indictione tertiadecima, die sextodecimo, intrāte decēbri, Antonius filius quondam Boetij promisit per se, & suos hæredes, sine aliqua exceptione iuris, uel facti, se obligādo Corado filio q. Titii, pro se, & suis hæredibus stipulan. dare, uēdere, & tradere sibi iure proprio, in perpetuum, & chartam uenditionis, & traditionis eidem facere; cum boni, & idonei fideiussoris prętatione, qui ad eiusdem sapiētis sensum se principaliter, & insolidum obligabit, promittet, & renunciabit, de quadam petia terræ aratoriæ, posita in pertinentijs sancti Rophilli, in loco, qui dicitur riuus, quam esse dixit, & conuenit ei Cor. & eiusdem tales esse confines, ab vno latere posſidet Petrus, ab alio Marti. a tertio, & quarto sunt uiæ pub. pro pretio 60. sol. bo. pro quali bet tor. hinc ad 15. dies proximos. Item quod faciet, & curabit ita, quod tempore dictæ uendi. domina Berta eius uxor & dominus Iacob. pater ipsius uxoris eius, & quælibet alia persona, quę ius haberet in dicta re uēdita, prout prædicto sapienti ipsius emptoris uidebitur, consentiet dictæ uenditioni, & renunciabit omni iure suo quod habet in dicta re uendita, & remissionem, promissionem,

& ob-

& obligationem, & in omnibus chartam rationabilẽ ei facient ad ipsius sapientis sensum. Et hoc promisit. & fecit dictus An. Idem Cor. præsentialiter coram me no. & testibus infrascriptis dedit, & soluit ipsi An. atrarum nomine, pro ipsa uenditione, & pro parte solutionis pretij eiusdem rei. 20. lib. bo. prout ipse An. confessus fuit tantam esse quantitatem. Et quia etiam ipse Cora. promisit, & conuenit dicto An. pro se, & suis hæredibus stipulanti soluere, & dare eidem, ipsa uendirione facta, ut dictum est, residuum dicti precij, prout in summa ascẽdet ad rationem. 10. lib. bon. pro qualibet tor. Quæ omnia, & sing. suprascripta promiserunt uicissim, scilicet vnus alteri ad inuicem solennibus stip. hincinde interuenientibus firma, & rata habere, & tenere & obseruare, & adimplere, & non contrafacere, uel uenire, per se uel alios aliqua ratione uel causa, uel ingenio, de iure uel de facto, sub pœna. c. lib. bo. ad inuicem inter ipsos stip. promissa, qua soluta uel non prædicta omnia, & singula, firma perdurẽt. Idem reficere, & restituere unus alteri adinuicem omnia, & singula damna, & expensas, ac interesse litis, & extra, quod uel quas unus occasione alterius, siue culpa contra prædicta facientis, fecerit uel substituerit in iudicio, siue extra. Pro quibus omnibus, & singulis firmiter obseruãdis obligauit unus alteri adinuicem omnia sua bona. Actum bo. in domo prædicti An. præsentibus Petro Iacobo, & Andrea, testibus ad hæc uocatis & rogatis. Quod uero dictum est supra, de fideiussore dando, ubi incipit, cum boni, & idonei fideiussoris præstatione &c, Intelligas ponendum esse in instrumento, si expresse inter partes agatur, nam aliter uenditot de fideiussore pręstando non tenetur.

Venditio simplex.

ANtonius de uen. tra. iure proprio, in perpetuũ Cor. pro se, & suis hæredibus, recipienti, & ementi petiã unã terræ aratoriæ, positam in pertinẽtis sancti Prophili, in loco qui dicitur riuus, quam esse dixit, & conuenit. 10. tor. & eiusdem tales & cætera. Ad habendnm tenen. & pos. & quicquid ei, & suis hæredib' deinceps placuerit

perpetuo faciendum, cum omnibus, & singu. quæ infra prædictos continentur cõfines uel alios, si qui forent, cũ acce. & egres. suis, usq; in uiam publi. & cum omnibus, & singulis, quæ habet supra se, uel infra se, seu intra se, in integrũ, omnique iure, & actione, usu seu requisitione, sibi ex ea, uel pro ea re, aut ipsi rei modo aliquo pertinente. Pro pretio. 10. lib. bo. pro qualibet tor quod capit in summa. c. lib. bo. Quod pretium dictus uenditor confessus, & contentus fuit, se ab ipso emptore habuisse, & recepisse, ac sibi integre datum, solutum, & numeratum esse, exceptioni sibi non dati, non soluti, & non numerati precij, & omni alij auxilio omnino renuncians. Quam rẽ idem uenditor, se dicti emptoris nomine constituit pos. donec ipsius rei pos. acceperit corporalem. Quam accipiendi sua authoritate, & retinendi deinceps ei licentiã omnimodam dedit. Promittens per se, & suos hæredes dicto emptori pro se, & suis hæredibus stip. litem uel cõtrouersiam ei uel suis hæredibus de dicta re, seu parte ipsius aliquo tempore non inferre, nec inferenti consentire, sed ipsam rem venditam tam in proprietate, quam in possessione ei, & suis hæredibus, ab omni homine, & uniuersitate legitimè defendere, auctorizare, & desbrigare, & prędictam ven. & omnia, & singula suprascripta perpetuo firma, & rata habere; & tenere & nõ contrafacere, uel uenire per se, uel alium, aliqua ratione uel causa, de iure uel de facto. Sub pœna dupli extimatione dictę rei, habita ratione meliorationis, quę pro tẽpore fuerit stipu. promissa, & soluta uel non pręd:cta omnia, & singula firma perdurent. Item reficere, & restituere sibi omnia, & singula damna, & expẽsas ac interesse litis, & extra, pro quibus omnibus, & singulis firmiter obseruandis, obligauit omnia sua bona tam habita quàm habenda.

Venditio plurium uenditorum, emptorumque per rerum diuerso iure traditum.

ANtonius, & Boetius fratres, & filij. q. Boetij dederũt, uẽdiderũt, & tra. Cor. & Federico fratri. & filio q. Titij.

Titij pro se,& eorum hæredib.recipientibus,& ementibus domum vnam positam in… viuario iure proprio, in perpetuum, cuius domus tales esse dixerũt confines &c. Item petiam unam terrę buschiuę, positam in pertinentijs Misani,in loco qui dicitur,vallis. Si proprium in ꝑpetuũ.Si cõditicium,vnde pertinuerit, saluo iure dominij in pensione,& renouatione. quam petiam esse dixerunt,& conuenerũt,20. tor & eiusdẽ tales esse confi. &c. Item dederũt, & vendiderunt prædictis emptoribus recipiẽtibus,vt dictum est, vnam petiam terræ vineatę,positam in pertinentijs Barbiani in loco, qui dicit̃ podius, iure emphyteoticę conditionis,pensionis, & renouationis debendę suis temporib.ecclesiæ sancti Stephani, quã petiam terræ esse dixerunt,& conuenerunt 4.tor.& eiusdem tales esse confines, &c. Ad hñ.te. pos.& quicq̃d eis, & eorum hæredibus deinceps placuerit,perpetuo faciẽdum,cum omnibus & sing. quæ infra prædictos, & cuiuslibet prædictarum rerum venditarum continent̃, vel alios,siqui forẽt,cũ accessib.& egressibus suis, & cuiuslibet earum usque in vias pub.& cuius omnibus, & singulis;quam quælibet ipsarum rerum habet supra se,vel infra se,seu intra se,in integrũ,& cum omni iure,& actione vsu,seu requisitione eis nomine dictarum rerum,aut dictis rebus modo aliquo pertinente. Pro precio c.libr. bo.ipsam domum,& pro precio 10. lib.bo. pro qualibet tor.dictæ petię terrę buschiuæ, & pro precio 20. lib. bo. pro qualibet tor. dictę petię terræ vineatæ, quæ precia sunt in summa 280.lib.bo. quam pecuniæ summã dicti venditores cõfessi,& contenti fuerunt, se ab ipsis emptoribus habuisse,& recepisse,ac sibi integrè datam, & solutam,& numeratam esse exceptioni sibi non datę, non solutę,ac sibi integrę,non numeratę pecunię,siue pretij in summa omnino renunciantem.Quas prædictas res venditas dicti uẽditores,se ipsorũ emptorũ nomine possidere cõstituerũt vsq; quo ipsi emptores dictarũ rerum possessionem acceperint corporalẽ,quàm accipiendi sua auth. & retinendi deinceps ei licentiam omnimodã cõtulerunt.Promittẽs per stipulationẽ vnusquisque eorũ prin

cipaliter,& insolidũ sine aliqua exceptione iuris, vel facti se obligando dictis emptoribus pro se,& eorum hęredibus stip.litem,vel controuersiam eis, vel eorum hęredibus de dictis rebus,aut aliqua earũ, vel parte ipsarum vllo tempore non inferre,nec inferrenti cõsentire,sed ipsas res,& quãlibet earum , tam in proprietate , quàm in possessione eis,& eorum hæredibus ab omni homine,& uniuersitate legitimę defendere,auctorizare,& desbr.& prædictam venditionẽ,& omnia, & singul. suprascripta perpetuo firma,rata tenere,habere,& non contrafacere, vel venire,per se,vel alios, aliqua causa, vel ingenio , de iure vel de facto,sub pœna dupli ęstimationis dictarum rerum,quæ ꝓ tempore plus valuerit,stip. promissa qua soluta vel non rata maneant omnia & sing.suprascripta. Item reficere,& restituere omnia & sing. damna,& expẽsas,ac interesse litis,& extra.Pro quibus omnibus, & singulis firmiter obseruandis,obligauerunt eis omnia eorum bona renũciantes nouarum constitutionum,& epistolæ diui Adriani beneficio exceptioni doli,conditioni sine causa,in factum actioni,& omni alij auxilio. Et nota.quod in tertia re vendita,iure ęmphyteotico cõditionis omittitur illud verbum trado,q̃a cũ tradere sit proprietatem rei in alterum trãsferre.& huiusmodi rei proprietas in aliũ transferri non potest,nisi a vero domino.

Venditio facta emptori ementi pro se, & nomine fratrum eius de re, & fructibus cuius debentur decimæ.

ANtonius de. ven. & tra.iure proprio , in perpetuũ Cor.emẽti.& recipienti pro se,& suis hęredibus,& vice,& nomine Ioannis & Petri fratrũ eius,& eorum hæredum,petiam vnam terræ aratoriæ,& vineatæ,positam in ꝑtinentijs S.Rophilli,in loco . qui dicitur Riuus,quã esse dixit,& cõuenit.10.tor.& dimidiã. & 20. tabulas & eiusdẽ tales esse cõfines &c. Ad haben.tc. & pos. & quicquid sibi & dictis eius fratribus , & eius eorumq; hrdib. deinceps placuerit perpetuo faciendum,cum omnib. & sing. quę intra p̃dictos cõtinẽtur confines,vel alios,siqui forent,cum acces.& egres. suis vsque in viam publ. & cũ

omni-

omnibus,& sing. quæ habet supra, se vel infra se, seu intra se, in integrum, omniq; iure, & actione vsu seu reqsitione sibi ex ea, vel ꝑ ea, aut ipsi rei, modo aliquo pertinente. Salua tamē cōditione, cui subiecta est dicta res. s. quod ex fructib. ipsius rei singulis annis debentur decimæ dño tali, li. siue tali ecclesiæ, ad quem ius ipsarū pertinet decimarū, pro precio tali, qđ tātum capit in summam, qđ precium, dictus venditor, cōfessus, & contētus fuit se ab ipso emptore dante, & soluente pro se & vice, & nomine dictorum eius fratrum, habuisse, & recepisse, & exceptioni sibi non dati, & non soluti precij omnino renuncians. Quam rem idem venditor, se ipsius emptoris, & dictorum fratrum eius nomine constituit posside re, donec ipsius rei possessionem acceperit corporalem, quam accipiendi sua aucto. & retinendi deinceps eis licētiam omnimodam dedit. Promittens per se, & suos hæredes dicto empto. stip. & recipienti pro se, & suis hæredibus, & vice, & nomine dictorum fratrum eius, & suorū hæredum litem, vel controuersiam eis, vel eorum hæredibus de dicta re, seu parte ipsius vllo tpe non inferre, nec inferenti consentire. Sed ipsam rem dicto emptori, & dictis eius fratribus, & eorum hæredibus ab omni homine, & vniuersitate legittimeq; defendere, authorizare &c. vt supra in primo contractu venditionis.

Venditio minoris cum fideiussore de rebus seruitutem debentibus.

ANt. de. ven. & tra. iure ꝓprio in perpetuū Cor. ꝓ se & suis hæredib. recipienti, & emēti domū una positā in parochia Sanctæ Agathæ, cuius tales dñr confines. Ab vno latere possidet sancta ecclesia, ab alio P. ab alijs duobus lateribus sunt vię pub. Item vnam petiam terrę aratorię positam in pertinētijs Barbiani, in loco qui dicitur Migoro, quam esse dixit, & cōuenit. 10. tor. & eiusdem tales esse confines. Ab vno latere possidet episcopatus bo. ab alijs B. Ad habēt. te. pos. & quicquid sibi, suisq; hæredibus placuerit deinceps perpetuo faciēdum, cum

omnibus & sing. quæ inter prædictos continentur confines, & cuiuslibet prædictarum rerum, vel alios, si qui forent, cum acces. & egres. suis vsq; in vias pub & cum omnibus & sing. quę quælibet dictarum rerum habet supra se, vel infra se, seu intra se. in integrum omniq; iure, & actione, vsu, seu requisitione sibi ex eis, vel pro eis rebus modo aliquo pertinentibus. Saluis tamen cōditionibus, & seruitutibus, quibus dictę res sunt subiectę. Quæ tales sunt, videlicet, quod dicta domus alias quā modo sit, extolli nō possit, ne domus ecclesię Sāctę Agathę, iuxta quā posita est, luminibus officiatur, cuius prędictę domus vēditę altitudo est, & potest decē pedibus, & non vltra. Dictę vero petię terrę conditio est, & seruitus, quod per ipsam petiā terrę debet esse liber actus & aditus ingressus, & reditus cum personis, plaustris, hastis, & equis dicto episcopatui Bononiēsi, & nūtijs eius ad certā ipsius episcopatus, iusta quā hæc petia terrę posita est. Pro precio c. lib. bo. in summa. qđ preciū dictus vēditor cōfessus, & cōtētus fuit se ab ipso emptore habuisse, & recepisse, ac sibi integre datum, solutum, ac numeratū eē, exceptioni sibi non dati & non soluti precij, doli mali, ac metus, *in factum* omnino renuntians. Quas res dictus venditor, se dicti emptoris nomine cōstituit possidere, donec ipsarum rerum pos. acceperit corporalem, quā accipien. sua auctoritate, & retinendi deinceps ei licentiam omnimodam dedit. Promittēs per se, & suos hęredes dicto emptori pro se, & suis hæredibus stip. litem, vel controuersiam ei, vel suis hæredibus de dictis rebus, vel aliqua seu parte earum, vllo tempore non inferre, nec inferenti cōsentire. Sed ipsas res, vel quālibet ipsarum ei, & suis hęredibus ab omni vniuersitate legitime defendere, autorizare, & desbrigare, & nullā restitutionem petere contra prædicta vel aliquod prędictorum, vel infrascriptorum, occasione minoris ętatis, vel minoris precij, aut pcij non sibi soluti, vel in vtilitatem suam non conuersi, vel non durātis, aut aliqua quacunq; rōne vel causa, & prædictā ven. & oīa; & sing. suprascripta ppetua firma, & rata habere, tene. & nō cōtrafacere, de iure, vel de facto. Sub pœ-

na

na &c, vt supra in primo instrumento venditionis. Insuper dictus An. quia minor erat 25. annis, maior tamē 14. iurauit corporaliter ad sancta Dei euāgelia, pdicta omnia, & sing. firma, & rata perpetuo habere, & ten. & non contrafacere, vel venire aliqua ratione, vel causa, de iure vel de facto. Preterea Philippus dicti An. precibus, & mādatis se principalem constituens principaliter, & insolidum, sine aliqua exceptione iuris, vel facti se obligando promisit dicto Cor. pro se, & suis hæredibus stip. prædictas res ab ipso An. venditas ipsi Cor. pro se, & suis hæredib. ab omni homine, & vniuersitate legittime defendere, authori. & desbri. & se facturum, & curaturum, omni exceptione remota, quod dictus An. prædictam uēdit. precij solutionem, & omnia, & sing. supra scripta perpetuo firma, & rata habebit tene. & obseruabit, & adimplebit, non contrauenict, aliqua ratione, uel causa, de iure, uel de facto. Item quod nō dicet, uel opponet, ipse Philippus, quod pro minori fuit obligatus, certificatus, & sciens episcopum An. minorem esse, & nullam contrariā exceptionem uel defensionem, seu negationē iuris, uel facti specialem, uel generalem contra prædicta, uel aliquod prædictorum in aliquo faciet, uel opponet. Sub pena lib. 100. bon. stip. promissa, & refectione damnorū, & expensarū litis & extra, & obligatione suorum bonorū omnium, & pena soluta, uel non, prædicta omnia & singula firma perdurent. Renuncians beneficio nouæ constitutionis, de fideiussoribus, exceptioni doli, conditioni sine causa, in factum actioni, & omni alij auxilio.

Venditio rerum cum aliquibus adiacentibus ad ipsas spectantibus.

ANtonius de. uen. & tradidit iure proprio, in perpetuū Cor. pro se, & suis hæredibus, recipiēti, & emēti, domū unā positā in contrata castellionis, in tali parochia, cuius tales dicuntur esse confines. Ab uno latere possidet. Orlādus, ab alio Martinus, & ab alijs duobus laterib. sunt uię pu. cū medietate andronæ, siue muri, positi

siti,vel positæ inter ipsam domum vēditam, & domum dicti Orlandi,& ipsam medietatem eiusdē androne,siue muri.Item vnam aliam domum positam in cōtrata Sancti Dominici,cū horto,curia,& viridario,& quandā domūculā paruam positā post ipsam domum , & hortum curiam,& viridarium,quorum omnium tales dixit esse confines,&c. Ponendo confines qui circunstant non solum ipsi domui,sed etiam omnibus,quæ post eam posita sunt. Quibus confinibus positis subsequenter deces, ad haben.tenen.possi.&c. prout prædictorum instrumētorum doctrina superiori exprimit.

Ven. rei,& cessionis iuris ad ipsam spectantibus, cum conditione, vel seruitute debita.

ANtonius dedit,vend.& tradit. Si propriū in perpetuum si conditiriū,vnde ptinuerit. Saluo iure dominij in pēsione,& renouatione,Corn.pro se,& suis hæredib.ementi,& recipienti vnam domum positam in tali loco,cuius tales confines, ab vno latere possidet Pe.ab alio.M.a tertio & quarto sūnt viæ pub. cum omni iure, & actione seruitutis, & conditionis, & omni seruitute, & conditione,l& quæ ipsi domui debentur in domo, & aduersus domum dicti Petri, positam iuxta hanc domum venditam, quam seruitutem, & ius tale dixit, & conuenit esse, videlicet,quod ipsa domus dicti Petri extolli, vel eleuari non possit,ne dicta domus vendita luminibus officiatur.Ad haben.te.& pos. & quicquid sibi, & suis hæredibus deinceps placuit perpetuo faciendi cum omnibus, singulis quæ intra prædictos continentur confines vel alios, siqui forent, cum acces. & egress. suis,vsque in viam pub. & cum omnibus, & singu. quæ habet supra se, vel infra se,seu intra se, in integrum, & cum omni alio iure,& actione, vsu, seu requisitione sibi ex ea, vel pro ea re, aut ipsi rei, modo aliquo pertinente. Insuper idem vendito de ven. & concessit eidem emptori dictam seruitutem, & eius omneq; aliud ius,& actionem realē, & personalē,vtilitatem,directam.

quod,

quod,& quàm habeat, vel habere poterat in dictam, vel aduersus domum prædictam ipsius Pe. siue ipsum Pe.& quamlibet possessorem eiusdẽ domus & quamlibet aliã personam,nomine & occasione dictæ seruitutis, & conditionis,constituens eum procuratorem,vt in rem suã, exponens ipsum in locum suum, ita quodammodo suo noĩe actionibus vtilibus, & directis possit, prædictorum occasione,aduersus quoscunque agere, & experiri,excipere & replicare,consequi, & se tueri & omnia & sing.facere quemadmodum ipse facere poterat. Pro precio.c lib. bon.quod precium dictus emptor præsentialiter coram me nota.& testibus infrascriptis,dedit & soluit ipsi venditori,prout ipse venditor confessus fuit tantam esse quantitatem exceptioni sibi non dati,& nõ soluti, & nõ numerati precij omnino renuntians. Quam rem dictus venditor, se dicti emptoris nomine constituit possidere vsque quo ipsius rei possessionem acceperit Cor. quam accipiendi sua authoritate, & retinẽdi deinceps ei licentiam omnimodam dedit.Promittens per se,& suos hęredes dicto emptori pro se,& suis hæredibus stipu. litẽ vel controuersiam ei,vel suis hæredibus de dicta re,seu parte ipsius vllo tẽpore non inferre, nec inferenti consentire,sed ipsam rem seruitutem,& ius ei,& suis hæredibus ab omni homine,persona & vniuersitate legitimè defendere,authorizare, & desbrigare, & prædictam venditionem, cessionẽ, & prędicta omnia & singula suprascripta perpetuo firma, & rata habere & tenere. &c. vt supra in primo instrumento venditionis.

Venditio partis pro indiuiso rei alicuius.

ANtonius de. vẽdi. & tra.iure proprio in perpetuũ, Cor.pro se,& suis hæredibus recipienti,& ementi, medietatẽ pro indiuiso vnius petię terrę pratiuę,positæ in tali villa vel in tali loco, cuius talis petiæ terræ tales sunt cõfines &c. quã petiã terræ possidebat pro indiuiso cum Io.Ad haben.te. pos. & quicquid sibi, & suis hære. placuerit deinceps, perpetuo faciẽdum,cum omnibus, & sin-

& singulis quæ intra prædictos cõtinentur confines, vel alios, siqui forent, cum accessibus, & egressibus suis vsq; in viã pu. quãtum ad ipsam medietatẽ pro indiuiso spectat. Et cum omnibus, & singulis, quę pro ipsa medietate indiuisa habet supra se vel infra se, seu intra se, in integrũ omniq; iure actione vsu seu requisitione sibi ex ea vel pro ea re, & parte vendita modo aliquo pertinente. Pro precio 50. lib. bononien. quod precium idem venditor contentus & cõfessus fuit se ab ipso emptore habuisse, & recepisse, exceptioni non dati, & non soluti precij oĩno renuntians. Quam rem pro prædicta parte vendita idem venditor se dicti emptoris nomine constituit possidere, donec ipsi rei pro eadem parte vendita possessionem acceperit cor. quam accipiendi sua aut. & retinẽdi deinceps ei licentiam omnimodam dedit. Promittens p se, & suos hæredes dicto emptori pro se, & suis hæredib. stip. litem, vel controuersiam ei, vel hęredib. de dicta re vendita vllo tpe non inferre, nec inferenti consentire, sed ipsam rem venditam ei, & suis hęredib. ab omni homine, & vniuersitate legitime defendere &c. vt supra in primo instrumento venditionis.

Venditio partis pro diuiso.

ANtonius de. ven. tra. iure proprio, in perpetuũ. Co. pro se, & suis hæredib. recipienti, & emẽti tertiam partẽ cuiusdã domus positę in viuario, cuius totalis domus tales dicuntur esse confines, a mane possidet la. a meridie P. a sero Phi. a septentrione est via pub. s. dictam tertiam partem ipsius domus, a latere mane iuxta prędictum Iac. prout termini anteriori, & posteriori muro positi diffiniũt, & designãt, quę pars tertia est in anteriori facie latitudinis 5. pedum, & in posteriori totidem siue trium pedum, & totidem vnciarum. Ad habendũ, te. & pos. & quicquid sibi, & suis hęredib. deinceps placuerit perpetuo faciendum, & cum omnibus & singulis, quæ infra prędictos cõfines, & terminos prædictę partis venditę continentur, vel alios, siqui forent, cum acces. & egressib. suis vsq; in viam pub. & cum omnibus, & singu.

quæ

quæ ipsa pars uendita habet supra se, uel infra se, seu intra se, in integrum, omnique iure, actione, usu, seu requisitione sibi pro ipsa re, aut ipsi rei uenditæ mō aliquo ptinente, pro ptio & c. ut supra ĩ instrumēto uēditionis.

Venditione rei, cuius pars est propria, & pars condititia, quam uelint partes exprimi in contractu, & a procuratore facta.

ANtonius procurator Phi. ab ipso specialiter cōstitutus ad infrascriptæ rei uenditionē, & ad omnia, & sing. infrascripta faciēda, ut patet in instrumēto scripto manu talis no. procuratorio nomine ipsius Phi. de. uen. & tradi. Cor. pro se, et suis hæredibus recipienti, et emēti petiam unā terræ uineatæ positā in barbiano, in loco, qui dicitur uallis, quam esse dixit, & conuenit. x. tor. Salua ratione pluris, minoris ue, & eiusdem tales esse confines, a mane cuius possidet Iaco. a meridie. P. a sero, & a septen. sunt uiæ pub. s. tres tor. ex dicta uinea uersus mane, iuxta dictum Iaco. iure emphyteoticæ conditionis, pensionis, renouationis debendæ ecclesiæ sancti Proculi, residuum vero dictæ vineæ iure proprio. Ad haben. tenē. pos. & quicquid sibi, & suis hæredibus deinceps placuerit, perpetuo faciendum, cū omnibus, & sing. quæ intra prædictos continentur confi. uel alios, si qui forent, cum acces. & egres. suis usque in uiam pub. & cum omnibus, & singulis, quæ habet supra se, uel infra se, seu intra se, in integrum, omnique iure, actione, usu, seu requisitione ipsi rei modo aliquo pertinente. Pro pretio. 30. lib. bon. pro quilibet tor. quod capit in summa. 270. lib. bo. quod pretiū cōfessus, & contētus fuit dictus pcurator procuratorio nomine dicti phi. ab ipso Cor. habuisse, & recepisse, & exceptioni sibi non pati, & nō soluti pretij omnino renunciās. Quàm rem idem Ant. procuratorio nomine ipsius Phili. se pro ipso Cor. & eius nomine cōstituit possidere, donec ipse Cor. ipsius rei possessionem acceperit cor. quam accipiendi sua autho. & retinendi deinceps ei licentiam omnimodam dedit. Promittens procuratorio nomine dicti Phi. dicto Cora. pro se, suisque hæredibus

stipu.

Sip.litem,uel controuersiam,&c. ut supra in primo instrumento ueditionis usque ad bonorum obligationē, & tūc ita dices. Pro quibus omnibus,& sing. firmiter obseruādis, idem procurator procuratorio nomine ipsius Phil. obligauit dicto An. omnia bona dicti Phil.

Et nota, ꝙ si partes non dixerint expresse, quod specificetur in contractu, quæ pars sit propria, & quæ conditi tia, tūc pro maiori breuitate dices, dedit, ven. & tra. quod proprium in perpetuum, quod conditicium, vnde pertinerit saluo iure dominij in pensione, & renouatione.

Ven. ædificij, vel domus facta ab aliquo pro se, ac nomine alterius absentis alicui procuratorio nomine ementi.

ANtonius pro se,& uice,& nomine Phi. & Michaelis eius frattum dedit,& ven.tra. Cor. procuratori Titij ad hanc emptionem, pretij solutionem,& oīa, & singula infrascripta facienda,& recipienda specialiter cōstituto, ut patet in instrumēto scripto manu talis not. procuratorio nomine pro ipso recipienti, & emēti, ędificiū unius domus situm supra terrenum ecclesiæ sancti Ioannis in monte, in parrochia sanctæ Luciæ, in cōtrata, quæ dicitur campus. cuius ędificij,& soli, supra quod situm, est idem ędificium, tales dixit esse confines ab vno latere possidet talis, ab alio talis, a tertio,& quarto talis. Ad. haben. ten. pos.& quicquid dicto Titio,& suis hæredibus deinceps placuerit, perpetuo faciendum cum omnibus & singulis ad ipsum ędificium spectantibus. & cū omni iure,& actione sibi pro ipso ędificio, aut ipsi ędificio pertinente, saluo tamen iure dictæ ecclesiæ sancti Ioan. in dicto ędificio,& terreno pro pensione ea ipso terreno debenda, quæ est, ut esse debet sin. annis x. sol. bon. pro prætio ex. lib. bon. quod pretium dictus uenditor confessus, & contentus fuit se ab ipso Co. procuratorio nomine dicti Titij soluete habuisse,& recepisse, exceptioni sibi nō dati,& non soluti pretij omnino renuncians. Quod ędificium idem uenditor se nomine ipsius Cor. procuratoris dicti Titij constituit possidere donec ipsius rei idem Cor. pro dicto Titio, aut idem Titius pos. acceperit co.

quam

quam accipiendi, & retinendi sua authoritate deinceps ei licentiam omnimodam dedit. Promittens per se, & suos heredes dicto Cor. procuratore nomine dicti Titij stipu. litem, uel controuersiam dicto Titio, ut eius heredibus de dicta re ullo tempore non inferre, nec inferenti consentire, sed ipsam rem uenditam dicto Titio & eius hęredib. ab omni homine, & uniuersitate legitime defendere, authorizare, & desbrigare, & prædictam uenditionem, & omnia, & singula suprascripta, & cętera ut supra in primo instrumento uenditionis.

Tutor quæ seruare debet in uenditione rei pupillaris.

QVia hęc circa rei pupillaris uenditionem considerã da sunt. Notãdũ & attendendũ est diligẽte. Quod res pupilli uẽdi debẽt ob ęs alienũ, aut ob euidẽ tẽ utilitatẽ pupilli, causa cognita, qđ ita fit. Et quod nõ sit res mobilis in hęreditate cõmode uendenda, & quod subhastentur res legitime .i. pu. pręconizentur in palatio communis, aut in contrata ubi sita est res, siue in contrata, ubi habitat pupillus ut plus offerẽti detur, & quod præses sit creditor, quia recepturus est pecuniam præcii, si uendatur ob ęs alienum, aut quod causa, quare uẽditur assignetur, & quod ipsa uẽditio fiat coram potestate, uel iudice, decretum, & authoritatem interponente.

Venditio facta a tutore de re pupillari:

CVm Heregittus pupillus filius, & hæres. q. Pe. teneretur hæreditario debito c. lib. bono. dominæ Iacobæ matri suę pro dotibus suis ex instrumento scripto manu talis notarii. Item in decem lib. bon. ipsi matri suę a dicto eius patre iure legati in eius testamento relictus scripto manu talis notarij. Et uergente ipsa creditrice conditum sibi solui oportere pro ipso debito persoluendo, aliquam ex dicti pupilli possessionibus uendi, eo quod in ipsius hæreditate, aliqua res mobilis commode uendenda ad ipsius debiti satisfactionem, non esset, & infrascriptam rem vendere potuit, quam alteram ex possessionibus dicti pupilli, tam ratione

prætii,

pretij, quam ratione usufructus utilius sit eidem: atque infrascripta re legitime subhastata non apparuit quisquam alius præter infrascriptū emptorem, qui plus infrascripto pretio offerret uel dare vellet, ut de ipsa subhastatione patet pu. scriptura manu talis notarij. De his omnibus, & sing. ea ita vere esse domini. S. Iudici, & assessori domini. R. de villa potestatis Bon. tam ex inuentarij ostensione, quam alia plenissima fide facta. Iccirco Ant. tutor dicti pupilli, ut patet eum tutorem esse, tam ex dicto testamento, quam instrumento, super decreto eiusdē tutelæ scripto manu talis not. ante ipsius iudicis & præsentiā cōstitutus, tutorio noīe ipsius pupilli de vēditione, & traditione, iure proprio & in perpetuū, Cor. pro se & suis hæredibus recipienti, & emēti petiā unam terræ uineatæ positā in pertinentiis sancti Rophilli in loco qui dicitur uallis, quam idem tutor esse dixit, & conuenit decem tor. ita tamē quod si plus fuerit celat in hāc uen. emptore pretium addente pro rata. Si uero unius pro rata pretium adimatur uel restituatur si fuerit exolutū, & eiusdē tales esse confines, ab uno latere possidet talis. Ab alijs tribus lateribus sunt uię pub. Ad haben. tenendū, possiden. & quicquid dicto emptori, & suis hæredibus deinceps placuerit perpetuo faciendum cū omnibus & singulis, quæ intra prædictos continentur confines, uel alios si qui forent cum acces. & egres. suis usque in uias pub. & cum omnibus & singulis quę supra se, uel infra se, seu intra se, in integrum, omnique iure, & actione, usu, seu requisitione ipsi pupillo ex dicta re, siue ipsi rei modo aliquo pertinente. Pro pretio. 12. lib. bon. pro qualibet tor. quod pretiū capit in summa. 170. lib. bon. de quo pretio dictus emptor de mādato p̄dicti tutoris, ibidem, & in præsenti dedit, & soluit dictæ dominæ Iac. 191. lib. bon. in satisfactionem eius, quod ex legato, & do te prædictis a dicto pupillo habere debebat, prout ipsa domina Iacoba confessa, & contenta fuit tantā esse quantitatem, dicto dotium instrumēto de eo dicto tutori restituto ibidem, quod ex nunc esse uoluit inefficax, & cancellatum, residuum uero dicti pretij idem emptor dicto

tutori

tutori persoluit in vtilitatem dicti pupilli specialiter cõuertendum, prout ipse tutor confessus fuit tantam esse quantitatem. Quam rem idẽ tutorio nomine ipsius pupilli se pro ipso emptore, & eius nomine constituit possidere, donec ipsius rei possessionem acceperit corporalem, quam accipiendi sua autho. & retinendi deinceps ei licentiam omnimodam dedit, promittẽs tutorio nomine ipsius pupilli dicto emptori pro se, & suis hæredibus stip. &c. vt supra in primo instrumento ven. vsque ad bonorum obligationẽ, & tunc dicẽs, pro quibus omnibus & sing. firmiter obseruandis, idem tutor obligauit dicto emptori omnia bona dicti pupilli. Cæterũ ad robur omnium prædictorum, dictus iudex prædictæ uenditioni, precij solutioni, & omnib. & singulis suprascriptis suã, & cõmunis Bon. authoritatem interposuit, & decretũ.

Curator surdi, muti, furiosi, uel mentecapti, quæ in uenditionibus seruare debeat.

ITem nota, quod si contigerit, curatorem surdi, & muti, vel furiosi, vel mentecapti, rem huiusmodi psonarum vendere. Cum hoc sit, quod talis curator habeat facere inuentarium & rationẽ administrationis suę reddere, ad boni prætoris solertiam, & cautelam spectabit, quod hę dictæ solennitates in ipsa venditione seruẽtur, sicut in præcedenti instrumento rei pupillaris, & quod etiã fit, ita habeat emptor pro maiori sui securitate hæc fieri a curatore. Verum quia huiusmodi venditiones de raro contingunt huius instrumenti per ordinem series omittitur, & si contingeret, poteritis illud eligere, mutatis personis satis leuiter ex prædicto.

Vendi. facta a commissarijs, authori, & licentiam uendendi a testatore habentibus.

CVm Antonius in eius testamento. c. lib. bon. pro ipsius anima reliquisset distribuẽdas, prout dispo-suit, & legauit per manus Ia. & Phi. quos suos ad hoc exequendũ cõmissarios statuit, & reliquit, dans eis plenã, & liberam potestatẽ, licentiã, & auth. uendẽdi, alienãdi, & obligandi de bonis ipsius testatoris. & de quib. voluerit,

sine contradictione hæredis, aut alterius personæ pro ipsis legatis soluendis, ut hoc patet per idem eius testamentum scriptum manu talis nota. Et idem commissarij Iaco.& Phi.ipsius testatoris uolūtatem fideliter adimplere,& ipsius animã,& seipsos, & huiusmodi fideicommissum uelociter exonerare uolentes cum per aliã commodiorem, uel ueleciorem uiam de bonis ipsius testatoris pecuniam pro ipsis legatis soluendis percipere nequeant, uel habere, ex potestate, licentia, & authoritate ab eodem testatore tradita, ut superius continetur, commissario nomine, q. ut cōmissarij olim An. supradicti, dede.uen.tra.Cor.domum unam ex bonis, seu hæreditate dicti Anto.positam in tali loco, infra tales confines, &c. ut supra in primo instrumento uen. usque ad precium, & in precio, dices. Pro precio.c. libr. bono. quod precium dicti commissarij confessi & cōtenti fuerunt, se ab ipso habuisse,& recepisse, dandum, & soluendum in satisfactionem, & solutionē legatorum animæ Antonij supradicti, &c. ut supra in primo instrumento uenditionis factę a procuratore, solo noīe officij mutato.

Permuta.rei propriæ pro re condititi.

ANton.de.tra.& permutauit iure proprio in perpetuum Co.pro se,& suis hæred. recipien.domum vnã positam in tali loco cuius hi dicuntur confi. &c. Ad hñ. te.pos.& quicquid ei,& suis hæred. placuerit, ꝑpetuo,& deinceps fac.cũ omnib. & sing.quæ inter prædictos cōtinentur confines.uel alios, si qui forent, cum acces. & egres. suis usque in uiã pub.& cũ omnib.& sing. habet supra se, seu infra se, aut intra se, in integrum, omniq; iure, & actione, usu, seu requisitione sibi ex ea re, uel ꝓ ea re, aut ipsi rei modo aliquo pertinente. Et hoc nominatim pro una petia terræ uineatæ posita in tali loco, infra tales cōfi.quã dictus Co. dedit, & permutauit iure emphyteuticę cōditionis, pēsionis, & renouationis debēdæ tali ecclesiæ ipsi An.in cambinm. Et ad hñ.te. & pos.& quicquid sibi,& suis hæredibus deinceps placuerit perpetuo fac.cum omnibus & sing.quæ infra prædictos continen-

tur

tur confi.uel alios,si qui forent, cum accef. & egref. suis vsque in uiam pub.& cum omnibus & sing.quę habet supra se,uel infra se,seu intra se,in integrum omniq; iure, & actione,usu, seu requisitione sibi ex ea re aut ipsi rei modo aliquo pertinente. Qui prædicti An.& Cor.s.vnusquisque eorum vicissim alterius nomine ré a se permutatam,& datam cõstituit possidere, quousque vnusquisque eorum rei sibi permutatæ,& datæ possessionem acceperit corporalem.Quam accipiendi sua propria authoritate,& retinendi deinceps unus alteri ad inuicem licẽtiam omnimodam dedit. Promittente scilicet unis alt ri ad inuicem solennibus stipu. hincinde interueniẽtibus litem, uel controuersiam de re a se permutata alteri uel eius hæredibus ullo tempore non inferre, nec inferenti consentire,sed unusquisque rem a se permutatã alteri,vel eius hæredibus ad inuicem ab omni homine, & uniuersitate legitime defendere, authori. & desbri. & prędictam mutationem,& dationem,& omnia,& singula suprascripta perpetuo firma,& rata habere,tenere, & non contrafacere,uel uenire per se, uel alios, aliqua ratione,uel causa, de iure uel de facto sub pœna. c. lib. bononien.stipu.ad inuicem inter ipsos promissa,qua soluta vel non rata maneant omnia, & singu. suprascripta. Item reficere,& restituere unus alteri ad inuicem omnia, & singu. damna, & expensas, ac interesse litis, & extra.pro quibus omnibus,& singulis firmiter obseruandis obligauit unus alteri ad inuicẽ omnia sua bona, &c.

Permutatio rei ex parte,& ex parte uenditio.

ANtonius de.& tra.& permutauit,& uen.pro parte uidelicet permutans, & pro parte uẽdens,iure proprio in perpetuũ Co.pro se & suis hęredibus recipieti petiam unam terræ pratiue,positam in talij loco, cuius hi dicuntur confi.&c.ad hñ.te.pos.& quicquid sibi, & suis hæeedib.deinceps placuerit perpetuo faciendum, cum omnibus,& sing. quæ intra prædictos continentur cõfi. uel alios,si qui forẽt,cũ accef.& egr.suis usq; in uiã pub. & cũ oibus & sing.q̃ habet.supra se,uel infra se, seu intra

se, in integrũ omniq; iure, & actione, usu, seu requisitione, sibi ex ea re aut ipsi rei modo aliquo pertinente. Et hoc nominatim pro una domo posita in tali cõtrata, cuius hi dicuntur confines, &c. Pro precio, 20. lib. bo. nomine additionis, siue melioramenti, quas. 20. lib. dictus An. confessus fuit, & contentus, se ab ipso Cor. habuisse & recepisse, exceptioni sibi non datę & non solutę quantitatis, omnino renuntians; quam prædictam domum dictus Cor. de. tra. & permutauit in re propria, in perpetuum eodem modo in cambium dicto An. pro se & suis hæredi. recipienti Ad hñ. te. pos. & quicquid sibi, & suis hæredi. deinceps placuerit perpetuo fac. cum omnibus, & sing. quæ inter prædictos continentur confi. uel alios, si qui forent cum acceß. & egres. suis usque in uiam pu. & cum omnibus, & sing. quæ habet supra se, uel infra se, seu intra se, in integrum, omniq; iure, & actione, vsu, seu requisitione sibi ex ea re, aut ipsi rei modo aliquo pertinente. Qui prædicti An. & Cora. &c. ut supra per omnia in proximo dicto instrumẽto rei proprię pro cõdititia.

Et nota diligenter prouidendum esse, promittere in huiusmodi instrumentis rem, quæ, permutatur, & venditur, & illam postponere, quæ duntaxat permutatur, eo quod res debet procedere per mutationẽ, & quia etiam magis ordinate procedit tibi series instrumenti.

Datio in solutum.

ANtonius de. & tra. insolutũ iure proprio, in perpetuũ Cor. pro se & suis hęred. recipiẽti domũ vnam positam in tali loco, cuius hi dicũtur cõfines, &c. Ad hñ. ten. pos. quicquid sibi, & suis hæredib. deinceps placuerit, perpetuo faciendũ, cum omnib. & sing. quæ infra prędictos continẽtur cõfines, uel alios, si qui forent, cũ accessibus, & egressib. suis usque in uiam pub. & cum omnib. & singulis, quæ habet supra se, uel infra se, seu intra se, in integrũ, omniq; iure, & actione, usu seu requisitione, sibi ex ea re aut ipsi rei modo aliquo pertinente. Et hoc pro precio. c. lib. bo. quas dictus Antonius Co. prædicto ex cã mutui dare, & soluere tenebatur, ut patet in instru

mento

mento scripto manu talis notarij, quod instrm dictus Cor.prædicto An.restituit ibidem, & in præsenti volens & mandans illud ex nunc esse nullius valoris atque momenti, & vt habitum sit inefficax,& cancellatum.

Additio ex aurora.Qđ instrm,vt actum fuit inter ipsos,apud ipsum Cor.& eius hędes, successores permanere deberet perpetuo,quatenus ex eo semper pateat eiusdem dationis causa insolutum,vt per illud, & cum illo Cor. dictam domum possit defendere ab omnibus dicti An,creditoribus,siqui pro tpe appeterent, non vt ex eo fiat vlterius exactio dicti debiti,nisi in casu euictionis,si sequeretur de re ipsa,vel parte pro rata. Quam domum prædictus An.se nomine prædicti Co, constituit possidere vsque quo,&c, vt supra in primo instro ven.nominando semper istos contrahentes proprijs nominibus.

Venditio solius domini & proprietatis.

ANt.de.ven.tra. Cor.pro se,& suis hędibus recipienti,& ementi dñium,& proprietatem vnius domus sitę in tali loco, & intra tales confines, &c. quā ipse Cor. habebat ab ipso A.in feudū. ad haben,te. pos. vt supra in primo instro ven.mutato solūmodo cap. de pos. in quo ita dices,cuius rei possessionem,quam ipse Cor.habebat ipse An.ei cōfirmauit, vt deinceps suo nomine possideat sicut verus dominus,proprietarius,& possessor.

Venditio ad cuius defensionem in casibus se obligat venditor & in casibus non concessione iuris contra actorem.

ANtonius de.uen.& tra,iure proprio,in perpetuum Co.pro se,& suis hędib.recipienti,& ementi domū vnam sitam in tali loco,vel contrata, cuius hi dñr confines,&c, quam domum dictus An.emit a Phi. vt patet in instrumento scripto manu talis no.Ad haben.te.pos.&c, per omnia, vt in primo instrumēto vēditionis habetur, vsq; ad locum ubi dicitur.Promittens, & tunc dices ibi. Promittens dicto emptori pro se,& suis hæredibus stip. prædictā rē ei, & suis hędibus,tā in proprietate,quam in pos.legitime defendere, authori. & desbrigare ab omni

persona,& vniuersitate, cui, uel quibus ipsa res obligata foret ex aliquo contractu, vel obligatione inita & facta ab ipso An.aut aliquo alio eius nomine, siue cui, vel quib. esset, vel diceretur esse aliquod ius acquisitum in ea ex persona ipsius An.uel eius occasione. Et quia actũ est inter ipsos Ant. & Cor.vt non teneatur idem Ant.de euictione ipsius rei, nec etiam ad precij restitutionẽ in alijs casibus quam prædictis,ideo idem Ant.dedit,cessit, concessit,transtulit,& mandauit ipsi Cora.pro se, & suis hæredibus recipienti omnia iura,& actiones reales,personales, ciuiles,& naturales,utiles, & directas, quas,& q̃ habebat, vel habere poterat contra prædictum Phi. authorem suum & in eius heredes,& in ipsius bonis,nomine,& occasione venditionis, & promissionis de legitima defensione ipsius rei, & omnium & singularum promissionum, & obligationum sibi a dicto Phi. factarum in prædicto instrumento scrip.manu prædicti not.Item aduersus omnem aliam personam,cui aliquam renunciationem, promissionem, vel obligationẽ fecisset in dicto instrumẽto constituens eum procuratorem tãquam in rem suam,& ponens eum in locum suum ita quodãmodo,suo nomine actionib. vtilib. & directis possit aduersus dictum Phi.& eius heredes,& in ipsius bonis,contra quamlibet aliam personam prędictorum occasione agere,& experiri,excipere & replicare, consequi,& se tueri, & omnia,& sin.facere quemadmodum ipse poterat.Promittens ipsi Co.pro se & uis hæred.stip. dictã vend. cessionem,oĩa,& sing.suprascripta perpetuo firma, & rata habere, & tc. & nõ cõtrafacere vel venire aliqua rõne de iure,vel de facto,sub pęna,&c. Si non solũmodo fiat promissio de defensione rei in casib.prædictis, & non sit necessarium cessionem prædictam fieri, sicut est qñ venditor vendit ex pacto emptori rẽ,quam ab eo emerat,tunc cessionem pdictam nõ facies, sed omnia alia ita scribas, sicut in dicto instrumento notatur, vsque ad locum,ubi dicitur,sed quia actum est,in quo loco,ita dices.Hoc expressim inter eos acto.& ipsi An.ab eodem Co.per pactũ remissio, quod idem An.vel eius hęredes non teneant si-

bi

bi ad euictionem ipsius rei, uel pretij restitutionem in alijs casibus quam prædictis. Quam uenditionem, & omnia & sin. suprascri. promisit, &c.

Ven. quædam in se pacta utilia continens, quæ inter partes sæpe agi solent.

ANtonius de. uen. tra. Cor. ꝑ se, & suis here. recipienti unam domum sitam in tali loco, cuius tales dñr esse confi. &c. Iure proprio in perpetuum. Item petiam unam terræ uineatæ positam in tali loco, intra tales confi. &c. iure emphyteoticæ conditionis, renouationis, & pensionis debendæ ecclesiæ sancti Proculi. Ad haben. te. pos. & quicquid, &c. ut supra ad locum ubi dicitur. Promittens per se, & suos here. pro se, & suis hær. stip. litem uel controuersiam ei, uel eius hæredibus de dictis rebus aut aliqua parte ipsarum, ullo tp̄e non inferre, nec inferenti consentire, sed ipsas res, & quamlibet earum ei, & suis hær. ab omni hoīe, & uniuersitate legitime defendere aut. & desbri, & uacuam possessionem ei tradere, & ipsum emptorem in possessionem facere potiorem, & si aliquo tp̄e lis, uel qō, aut controuer. tam per oblationem libelli, quam alio quocunque modo moueretur eidem emptori, aut eius hær. de dictis rebus, aut aliqua earum, uel parte ipsarum ipsam litem, quæstionem, controuersiam, & libellum & omnem causam quādocūq;, & quotiescunq; ei denunciatum fuerit in se recipere, & in eadem causa ipsius rei, & dicti emptoris, & suorū hr̄dum defensioni se offerre, & in causa, uel in causis, tam principalibus, quam appellationis sistere usq; ad finem oībus suis expensis. Quod si nō fecerit, promisit eidem ꝑsoluere, atq; dare duplū dicti preti j pęnę noīe, qua soluta præ dicta seruare nihilominus super eā aut pro ipsa re, uel rebus defendēdis, idem emptor, uel eius heres damnum aliquid pateretur, uel expēsas aliquas fecerit in iudicio siue extra ipsum dānū, expēsas ad integrū eis reficere, tā si res foret euicta, quā nō, quia sic inter ipsos actū extitit & cōuentum remissa ex nūc per pactum dicto emptori

appellari necessitate;si super euictione pronunciari con tigerit contra eum, & pacto inter eos expresso, vt non possit dicere dictus uenditor, quod eidem emptori facta fuerit iniuria vel iniustitia, si res ipse, aut aliqua earum euinceretur ab eo, aut quod eius culpa uel negligẽtia sit euicta. Quod si contra eum super euictione lata fuerit scientia, inter tertiam diem postquam eidem An. denunciatum fuerit prædictum precium cũ pena dupli, & omni interesse ipsi Co. ad integrum restituit, & persoluet. Præterea si aliquo tempore apparet ex ipsa re cõdititia pensionis, & renouationis per ipsum uenditorẽ, uel eius actione debitã pensionem, & renouationẽ datã, & factã debitis tẽporib. nõ fuisse, & ꝑterea cõtingeret ipsum emptorẽ, uel eius hæredes damnũ aliquod sustinere, conseruabit eũ penitus sine dãno. Quã uẽditionem, & omnia, & sin. suprascripta ꝓmisit dictus uẽditor dicto emptori pro se, & suis hæredibus stip. firma, & rata, perpetuo habere & te. obseruare, & adimplere, & non contrafacere uel uenire per se uel alium, aliqua causa, uel ingenio, de iure, uel de facto, sub pena. c. lib. bo. stip. & in singulis capi. uel huius contractus insolidum promissa, quæ *pœna* totiens cõmittatur, & exigi possit in singulis *capitulis*, quotiẽs contrafactum fuerit, & pœna soluta uel non rata maneãt omnia, & singula suprascripta. Itẽ reficere & restituere sibi omnia, & singula dãna & expẽsas, ac interesse litis, & extra, pro quibus omnibus & sin. firmiter obseruandis obligauit eidem omnia sua bona.

Donatio inter uiuos.

ANt. de. tra. & donauit pure, & libere, simpliciter, & irreuocabiliter inter uiuos iure proprio in ꝑpetuũ Co. pro se, & suis hæredibus recipiẽti domũ unã sitam in tali loco, cuius tales dicũtur esse confines &c. Ad hab. te. pos. & quicquid sibi, & suis hæredib. deinceps placuerit, perpetuo faciẽdum cum omnibus, & singulis, quæ inter prædictos continentur confines uel alios: si qui forent cũ accef. & egref. suis usque in uiam publ. & cum omnibus,

& sin-

& singulis, quæ habet supra se, vel infra se, seu intra se, in integrum omniq; iure, & actione, vsu, seu requisitione sibi ex ea re, vel pro ea re, seu ipsi rei, modo aliquo pertinente, quam rem idem A. se nomine ipsius Cor. constituit pos. donec ipsius rei pos. acceperit cor. quam accipiēdi sua auth. & retinendi deinceps ei licentiam omnimodam dedit, promittens per se, & suos hæredes dicto Cor. pro se, & suis hæred. stip. præd. donationem, & omnia & singula suprascripta, perpetuo firma & rata habere, & te. & non contrafacere, vel venire pro se, vel per aliū aliquā causa uel ingenio, de iure, uel de facto, nec ipsam donationem in gratitudine, vel causa aliqua reuocare, sub pœna c. li. bo. stip. promissa, & refectione damnorum, & expensarum litis, & extra, & obligatione omnium suorum bonorum, & pęna soluta, vel non, prædicta omnia, & singula suprascripta firma perdurent.

Nota tamen, quod si de legitimę rei donatę defensione a donatore promittenda inter partes ageretur, partiū voluntates fideliter exequaris. Ideo vero hoc in prædicto instrumento omissum est qua solent donatores nolle multis obligationibus implicari, & multum non decet donatorium ad hoc niti. Idē nota quod donationes rerum valentiū vltra quantitatē quingētorum aureorū domini cum insinuatione .i. iud. decreto fieri scd̄m iuris ordinem. Veruntn̄ per leges municipales ciuita. B. in omnibus donationibus excedētibus summā l. lib. bo. hę solēnitates specialiter sunt seruandę videlicet. quod fiant corā iudice pro tribunali in palatio sedente, & suā cōis bo. auth. interponēte, & intersint 7. testes noti, & boni, ex quibus præter 7. testes notos, & instrumenti authorem sit vnus tabellio, qui etiā proprio nomine, & signo subscribere se rogetur. Cuius iudicis authoritas & tua, dictique tabellionis subscriptio ita fiet. s. quod posito toto instrumēti tenore subsequenter dices. Hæc aūt donatio scd̄m formā statuti B. cōis sup donationibus editi. ante p̄ntiam d. Scacauelli iudicis & assesso. dn̄i R. de villa potest. b. in pala. eiusdem cōis pro tribunali sedētis publice facta fuit. Qui iudex i ipsius donationis cōfirmatione & robur,

robur, eidem donationi suam & cõis.b.authoritatem interposuit & decre. Post hæc positis test. s. oib. alijs sex se subscribat ille alter tabellio sub hac forma. Ego Iac. imperiali auth. no. dictæ donationi, & prædictis omnibus præsens ad hæc uocatus specialiter & rogatus secũdum formã statuti prædicti in ipsius donationis robur, & testimonium publice me subscripsi, ponens signum meũ, & nomen, ut in alijs instrumentis.

Feudi concessio.

DOminus Azo Estensis, & Anchonæ marchio ob remunerationem obsequiorum multorum fidei, & amoris circa eum, & domum suam a dño Cor. hactenus pdictorũ, & in uinculum dilectionis inter eos, ex perpetuo conseruandæ, dedit, & concessit in feudum, & iure feudi ipsi Co. recipiẽti pro se, & suis filijs, & nepotibus, & omnibus ex eo, & ex eis in perpetuum descendentibus, masculis uidelicet legitimis, dummodo in nullam aliam personam extraneam transferatur. Talem rem si tàm in tali loco, inter tales confines, &c. Ad haben. te. pos. & quicquid sibi, & suis hæredibus, saluo qđ dictum est, & etiam saluo iure fidelitatis debitor, deinceps placuerit perpetuo faciendum, cum omnibus & sin. qui inter prædictos continentur confines, & alios, siqui forent cum acces. & egres. suis usq; in uiam pu. & cũ omnib. & sin. quæ habet supra se, infra se, seu intra se, in integrum omniq; iure, & actione, usu, seu requisitione sibi ex ea uel pro ea re, aut ipsi rei, modo aliquo pertinente. Quã rem se ius nomine possidere constituit, usq; quo ipsius pos. acceperit Cor. quam accipiendi sua auth. & retinendi deinceps ei licentiã omnimodã dedit, Promittens per se, & suos hæred. dicto dño Cor. pro se, & dictis ex eo descendentibus liberis legitimis stipulanti, & recipienti litem, uel controuersiam eis de dicta re, uel eius occasione ullo tẽpore non inferre, nec inferenti consentire, sed ipsam rem ab homine, & uniuersitate legitime defendere, authorizare, & desbrigare, & prędictam concessionẽ, & singula suprascripta in perpetuo firma & rata habere,

bere,

here,& tenere, & nō cōtrafacere, uel uenire,per se,uel aliū,aliqua rōne,uel causa de iure,vel de facto, sub pœna c.marcharū argēti stip.promissa, qua soluta, vel nō,oīa, & singula suprascripta firma perdurent.Item reficere sibi,& restituere oīa & singula damna,& expēsas,ac interesse litis,& extra,pro quib.oib.& sing. firmiter obseruandis obligauit eidem recipienti,vt dictum est, oīa sua bona. Quam concessionem,& oīa,& sin. suprascripta fecit idem dn̄s Azo pro eo,qđ dictus Cor. ibidem & pn̄ti promisit ipsi dn̄o Azoni , & corporaliter iurauit ad sancta Dei euangelia,ex nunc sibi,& suis hær.fidelem esse vasallum ipsum quoq; & suos hęred.res iura,& honores ipsorum proprios,se fideliter conseruare , & nullatenus, qđ in detrimentum,& periculum, siue damnum personæ, vel personarum,rerum, iurium, honorem sui, & suorū, hær.verti posset,aliqđ per se,uel alium contractare, uel modo aliquo machinari.immo si quos hoc, vel aliqđ eorum tractare,vel machinari senserit,quam uelocius poterit dn̄o indicare,& quicquid sibi sub fide, & credentia eius sibi ab ipso impositum fuerit secretum fideliter retinere,nec non personam res, & iura , honores suos aduersus quoscunq; excepto imperio Romano cōis bo. & his quib.prius fidelitatis debito erat astrictus,tueri,& totis uirib.adiuuare,& generaliter puram,& merā fidelitatem sibi,& suis hæredib.reddere,ac per oīa impartiri.Cęterū pręd*ictis oīb, sic peractis idem dn̄s Azo:in robur,& cōfirmationem concessionis prædictæ cum baculo, uel ciroteca ipsum dn̄m Cor.de dicto feudo legitime inuestiuit in signum perpetuę dilectionis,& fidei interueniente pacis osculo inter eos.

Confirmatio feudi a prædecessoribus concessi.

DOminus Azo estensis, & Anchonianus marchio & filius q.dn̄i Petri,prędecessorum suorum uolēs uestigia imitari,& acquisitum,ac relictum p ipsos thesaurum incōparabilē,amicos,uidelicet fid.omniq; potestate cura,& solicitudine cōseruare,lecto in eius præsentia

seria-

seriatim instro concessionis in feudum factæ dño Cora, olim patri Philippi, a quodam olim genitore ipsius dñi Marchionis, de quadam petia terræ aratoriæ posita in tali loco, intra tales confines, vt eodem ipsius excessionis instro patet, scripto manu talis not. eãdem concessionẽ, & feudum & ipsius rei possessionem, & oĩa, & singula circa, & in prædicto instro ab ipsius genitore eius gesta, vt pote prouide. & benefacta ipsi dño Philippo pñti præno tare concessionis robore authoritate plenissima confirmauit, & in ipsius confirmationis, & renouationis, & signum ipsum dñm Philippum de dicto feudo cum bacu lo legitime inuestiuit. Promittens per se, & suos heredes dicto dño Philippo pro se, & filijs eius, & omnibus ex eo descendentibus legitimis masculis stip. & recipienti dictam concessionem, & renouationem, & omnia, & singu la suprascripta perpetuo firma, & rata habere, & tenere, & non contrafacere, vel venire per se, vel alium, aliqua rõne, vel causa, de iure, vel de facto. Sub pena c. marcharũ argenti stip. promissa, & refectione damnorum, & expẽsarum litis, & extra, & obligatione omnium bonorum suorum, & pena soluta, vel non prædicta omnia, & sing. firma perdurent. Qui dñs Phi. ibidem, & in præsenti, de fide, atque fidelitate seruanda dicto dño Marchioni in omnibus, & per omnia, vt quõdam dñs Cora. pater eius fecit, & in prædicto continentur solennem promissionẽ fecit, & corporale præstitit iuramentum post hoc in continenti, in signum seruandæ fidei, & amoris, pacis inter eos osculum interuenit.

Promissio facta de venden. seu reuendenda re illi, a quo emitur.

CVm An. vendiderit Cor. quandam domum sitã in tali loco, cuius hi sunt confines, &c. pro precio c. li. bon. vt patet in instrumento scripto manu mei not. hoc tamen tempore contractus ipsius venditionis, & in ipsa venditione antequàm contrahentes ad alios actus extra actos diuertissent inter ipsos actum, & interuallo extitit

&

& conuentum uidelicet quod prædictus Cor. pacto promisit, & conuenit dicto An. pro se, & suis hæredibus stipulan. quòd si dictus An. dicto Cor. precium restituerit supradictum, hinc ad unum annum, domum eãdem idẽ Cor. sibi pro ipso precio restituet, atque uẽdet, & chartam uenditionis de re ipsa, & in ipsius rei possessionem corporalem eum restituet, & reponet. Ita tamen quòd in dictta ueuditione tunc temporis faciendæ promittet ipse Corad. de legitima ipsius rei defensione, solummodo ab illis personis, quibus ex contractibus, uel obligationibus ab eodem Cora. initis esset re obligata, uel quibus ex persona eiusdem foret in ea ius aliquod acquisitum. Quod si hinc ad unum mensem idẽ An. dicto Cor. precium non restituerit antedictũ, ex tunc dictus Cor. ad eandem restituendam, & reddẽdam eidem An. nullatenus teneatur, sed antedicta uenditio ab ipso A. dicto Cor. facta firma & incommutabilis perseueret, conditione prædicta, & pacto nullatenus nõ obstante, quod ex nunc sit inefficax, & idem Cor. ab eo penitus absolutus, quia sic actum extitit inter ipsos. Quæ omnia & singula suprascripta promiserunt uicissim. s. unus alteri &c. ut supra habes in primo instrumento arrarum.

Venditio seu reuenditio prædictæ rei.

CVm An. uendiderit Cora. quandam domum positã in tali loco intra tales cõfines, &c. Pro precio. c. lib. Bon. ut patet in instrumento scripto manu talis notarij, atque postmodum ex pacto inter eos facto dictus Cora. promiserit & conuenerit ipsi An. dictam domum ei restituere, & uendere, si deinde ad unum mensem dictus An. precium restituerit ante dictum, ut hoc alio instrumento scripto manu eiusdem not. continetur, cunque dictus An. oblato precio dicto denuntiauerit ipsi Cora. infra dictum terminum, quod ex eius forma dicti, dictã domum restituat atque uendat, uolens dictus Cora. promissionem a se factam fideliter adimplere debiti, uendidit, & tradidit iure proprio in perpetuum dicto Antonio pro se, & suis heredibus recipienti dictã domum

ad haben.tenendum,possidendum, &c.prout cursus instrumenti uenditionis continet mutato solo capitulo de legitima defensione,quod capitulum ita ponens sicut te docet notula suprascripta in fine instrumenti uenditionis rei,ad cuius defensionem in casibus se obligat uenditor in casibus non.

Mensuratio terræ quando reperta est ultra quantitatem conuentam in instrumento uenditionis.

CVm hoc sit quòd An.uendi. Cor.quandam petiam terrę,aratorię, positā in tali loco,cuius tales dicuntur confines, &c.precio. c.lib. pro qualibet tor. & eandem esse dixerit, & conuenerit.20.tor.salua ratione pluris,minori sue, uel sic,& eandem .20.tor. esse dixerit, & cōuenerit,ita tamē,quòd si plus fuerit cederet in ipsam uenditionem emptorem precium addentē pro rata, si uero minus precium adimetur pro rata, ut hoc constat instrumēto scripto manu talis notarij. Cumque ipsa res de cōmuni concordia utriusque mensurata, reperta sit una tor.plus quantitate cōnuenta,et expressa in instrumento uenditionis eiusdem,ut utraque pars asseruit, & concessa est,idem Cora. coram me notario, et testibus infrascriptis dedit,et soluit dicto An. 10.lib. Bon. prout ipse An.cōfessus fuit tantam esse quantitatē pro precio dictæ tor.repertę ultra quantitatem cōuentam in instrumento venditionis,ut dictum est, quam solutionem, & omnia,et singula suprascripta promisit idem An. dicto Cor.pro se,et suis hæredib.stip. perpetuo firma, et rata habere,et tenere,et nō contrafacere, uel uenire, per se, uel alium,aliqua causa,uel ingenio,de iure, uel de facto sub pena.25.lib.bon. etc. Si uero minus fuerit reperta quantitate conuenta, debet uenditor restituere precium emptori pro tanta,et de ipsa restitutione fiet instrumentū hoc modo. uidelicet quod incipies, ut in prædicto instrumento,et cōtinuabis totum usq; ubi dicitur. Cunq; ipsa res de cōmuni concordia mensurara reperta sit vna tor. minus quantitate conuenta, et expressa in instrumento unde eiusdem ut utraque pars asseruit.et cōfessa

est,

uit, idẽ. An.coram me not.& testibus infrascriptis dedit & restituit ipsi.Cor.x.li.bo.secũdum q̃ capiebat, & erat pro rata dictę tor.repertę minus quantitate cõuenta in istrumento uen. ut dictũ est. Quã restitutionẽ, & solutionem & omnia,& singula suprascripta promisit dictus Cor. ipsi An.& c.ut supra. Dicto quõ, & quibus titulis, ut plurimum inter priuatas personas res mobiles trãferantur.restat uidere de cõtingentibus seu securitatibus, quæ pręter formas prędictorum instrumentorũ in ipsis traditionibus apponuntur.Et q̃ a instrumento uen.factę a minore fideiussorẽ pstãte forma iuramẽti minoris, & promissionis fideiussoris ab ipso minore pręstiti continentur,ideo illis omissis,de reliquis est uidendum.

Venditor maior.25.annis si fideiussorem præstiterit.

AD hæc Phi.dicti An.precibus & mãdati se principalẽ cõstituẽs principaliter & insolidũ sine aliqua exptione iuris,uel facti se obligãdo promisit dicto Cor. pro se, & suis heredibus stip.prędictã rem ab ipso. An. uenditã ipsi Cor.& suis hęredibus ab omni homine,& vniuersitate legitime defendere, auctorizare, & desbrigare, & se facturũ,& curaturũ,omni exceptione remota, q̃ dictus An.prędictã uẽditione,precij solutionẽ,& omnia, & singula a se promissa,& facta perpetuo firma, & rata habebit,& tenebit,& nõ cõtrafaciet, uel ueniet, aliqua rõne uel causa de iure uel de facto. Sub pęna.L lib. bono. stipu.promissa & refectione damnorum, & expensarũ litis,& extra,& obligationem bonorũ suorum omnium, & pęna soluta uel non,prędicta omnia, & singula firma perdurent. Renuncians nouę constitutionis beneficio de fideiussoribus, exceptioni doli, conditioni sine causa, in factum actioni, & omni alij auxilio.

Res quando dubitatur,ne sit alteri obligata.

INsuper dictus An.promisit dicto Cor.pro se & suis hęredibus stip.quod de re ipsa,uel parte ipsius,aut aliquo eius iure nulli alij hactenus dationem, obligationem uel contractum in fraudem alienationis per se uel alium fecerit, cuius occasione uel prætextu ipsius Cor.

uel

vel prædictæ traditioni ei factæ, aliquod præiudicium generetur vel generari possit, quod si eum contra hoc fecisse apparuerit, conseruabit ipsum Cor. & eius hæredes indemnes, & nihilominus dabit, & soluet eidem .25. lib. bon. pęnę stip. promis. & pęna soluta vel non prædicta omnia, & singula firma perdurent.

Venditor quando vendit rem hæreditatis sibi electam in falcidiam & se obligat.

PRæterea dictus venditor, cum domum prædictam esse dixerit, de bonis hæreditatis patris sui in quib. falcidia, & debitum bonorum subsidium iure naturæ debetur, eadem rem pro parte, & in partem ex falcidia sibi in bonis paternis debitam elegit & recepit, & nihilominus sibi in reliquis bonis residuo falcidię, si quid vltra ad eũ pertinet reseruato, quòd residuum, si quòd est pro prædictis omnibus, & sin. ad se in hoc instrumento promisit firmiter obseruãdis ipsi emptori specialiter, iure pignoris obligauit. Dans & cedens eidem ex causa venditionis, & precij supradicti omnia & singu. iura, & actiones, quæ vel quas habebat, vel habere poterat in bonis paternis ex causa falcidiæ supradicta vsque in summam extimationis, & precij dictę rei quanti pro tempore plus fuerint, nec non constituens eum procuratorem in rem suam & ponẽs ipsum in locum suum, ita quòd nulla alicuius restitutionis, substitutionis, seu grauaminis, vel alterius rationis conditione obstante, possit suo nomine actionibus vtilibus, & directis iure falcidię supradictæ re. defendere rem eandem, & super ipso residuo falcidiæ sibi iure pignoris obligato, se de prædictis omnib. & singulis indemnem, & ad integrum conseruare, renũcians legibus Codicis. communis delegati. L. Si duobus. scilicet emptor, & de euictionibus. L. Si fundum, & omni alij auxilio. Et not. prædictas duas securitates si occurrerint, vel illam ex eis quæ occurrerit ponenda esse in instrumento traditionis ante istam generalem conclusionem instrumenti, quæ incipit. Quam venditionem & omnia & singula suprascripta, &c. ita quòd

pena

pœna instrumenti ad hoc,& ad alia referatur.

Personæ quando, & quomodo contractibus consentire teneantur, infra patebit.

QVoniam personæ, quæ in huiusmodi traditionib. consentire habent, quædam sunt, quæ habēt in re ius ex obligatione, vel hypotheca, vtputa vxores,& creditores,& huiusmodi quædā, quæ habēt ex speciali causa speciale ius,& priuatum, sicut legatarij, siue fideicōmissarij,& vsufructuarij, quædā, quæ habent ius dominij, & ꝓprie idē ius, quod est inter vēditores, sicut fratres,& consortes. Et quia prædictæ personæ aliquando sunt præsentes cōtractui traditionis, aliquando absentes, ideo de omnibus est videndum per ordinem, & primo de præsentibus tempore contractus traditionis.

Venditoris vxor, si præsens consenserit.

AD hæc domina Maria vxor dicti Anto. vēditoris, & filia quondā domini Ar. prædictis omnib. ꝑsens dictæ venditioni cōsensit, & certificata per me Rubertū no. infrascriptum, dictam rem venditam pro suis sibi fore dotibus obligatā, renunciauit omni suo iuri hypothecarum & cuilibet alij, quod habebat, & habere poterat in dicta re vendita, occasione dotium suarum, vel alia quacunqe idem ius ipsi emptori pacto remittens,& promittens eidem pro se, & suis hæredibus stipu. omnia & sing. prædicta perpetuo firma,& rata habere,& te. nō cōtrafacere, vel venire aliqua ratione, vel causa de iure, vel de facto. Sub pœna c. lib. bo. stip. promissa, & refectione damnorum,& expensarum litis,& extra, & obligatione omnium suorum bonorum,& pœna soluta, vel non, prędicta omnia firma perdurent.

Venditori si pater uxoris, qui dotem fuerit stip. filiæ suæ præsens, & ipse consentiat.

AD hęc dominus Ar. socer dicti A. vēditoris,& eius cōsensu, atq; licētia domina Ma. eius filia,& ipsius An. vxor prædictis omnibus pręsentes dictæ uenditioni cōsenserunt. Et certificata per me R. no. infrascriptū, dictam rem ab ipso Ant. venditam sibi pro dotibus eiusdē

d.Ma.obligatam fore.renunciauerunt omni eorum iuri hypothecarum, & cuilibet alij quod habebat, & habere poterat in dicta re, occasione dictarum dotium suarũ, vel alia quacunque idem ius ipsi emptori pacto remittens. Et promittentes dicto emptori pro se, & suis hędibus stip.prædicta omnia, & sing.perpetuo firma, & rata habere, & tene.& non contrafacere, vel venire aliqua rõne vel causa, de iure vel de facto &c.ut supra dicitur.

Vend.si frater uxoris uel aliquis alius, qui mulieris dotem fuerit stip. una cum ipsa consentiet.

AD hæc dña Ma.ipsius uẽditoris uxor, & Io.eius frater, qui pro ipsa dña Ma. dotem dedit, & eandẽ in omnem euentum restituendæ dotis extitit stip. vt patet in instro dotis scripto manu talis nota.prædictis omnibus præsentis dictæ venditioni consenserunt, & certificata, &c.vt in proxima præcedenti securitate.

Venditoris vxor si fuerit minor, sic iurabit.

INsuper dicta d.Ma.quia minor 25.annis, maior tamẽ 12.iurauit corporaliter ad sancta Dei euãgelia, p̄dicta omnia & sing.firma & rata habere, atq; tene.& non contrafacere, uel venire nec restitutionem aliquã impetrare contra prædicta, vel aliquod prædictorum, prętextu, & cã minoris ætatis vel occasione alterius cuiuscunque.

Vend. uxor, si præsens consentiet uenditioni, rei, & obligationi bonorum, & renunciet iuri, quod habet in re uendita & bonis obligatis, & cedat emptori iura hypothecæ.

PRæterea d.M.vxor prædicti uẽditoris, prædictis omnibus præsens dictæ uẽditioni ipsius domus, & obligationi bonorũ a dicto uiro suo ipsi Cor. factis cõsensit, & certificata per me R. nota. infrascriptum, dictam rem uenditam, & ipsa bona obligata sibi pro suis dotib. fore hypothecata, renunciauit omni suo iuri hypothecarũ, & cuilibet alij, quod habebat, & habere poterat in ipsa re vendita. Et prædictis omnibus obligatis occasione dotium suarũ uel alia quacunque. Et insuper pro precio,

cio,& nomine precij 25. lib.bo. quas cõfessa fuit ab ipso Cor.habuisse, & recepisse, dedit, & cessit eidẽ omnia iu. sua & actiones,quę,& quas habebat,& habere poterat in ipsa re uendita , & dictis bonis omnibus obligatis noĩe, & occasione hypothecæ ad se spectantis in eis ex iure do tium suarum.Constituens ĩpsum procuratorem in rem suam,& ponens ipsum in locum suum,ita qđ suo nomi ne,actionibus vtilibus, & directis locum ipsius dña Ma. & sicut ipsa poterat ex causa hypothecæ prædictæ in re vendita,& ipsius bonis omnib.obligatis ipsius An.credi toribus præferat̃, & possit sicut ipsa poterat rẽ ipsam de fendere,& in ipsis bonis obligatis agere , & quoscunque alios creditores excludere,& noĩe ipsius hypothecæ con-tra quamcunq; personam agere,experiri,excipere,& re-plicare consequi,& se tueri , & omnia, & singula facere, quemadmodum ipsa poterat.Ipsi tñ dña Ma. post dictũ Cora.in dictis bonis obligatis,omni iure suo hypotheca rum ad integrum reseruato.Veruntñ, non obstante, qđ ipsa sit prior tpe, vel potior iure, idem Cor. & prædicta obligatio sibi facta,ipsi dña Ma.& hypothecæ suæ ꝑ om-nia præferatur.Quæ omnia,& singula suprascripta pro-misit ipsa dña Ma.dicto Co.pro se,& suis hæredi.sti.per-petuo firma,& rata habere, & te.& non contrafa. vel ve-nire per se,vel alium,de iure,vel de facto. Sub pęna &c. renũcians exceptioni sibi nõ dati, & nõ soluti p̃cij doli, cõditioni sine causa,in factũ actioni,& oĩ alij auxilio.

Ven. si vxoris filius vel hæres consenserit , & renunciauerit iuri hypothecarum suarum.

PRæterea Mar.filius Anto.& filius, & hęres. q. dominæ Ma.vxoris ipsius Anto.prædictus omnib.pręsens prædictæ venditioni consensit,& renunciauit omni suo iuri hypothecarum,quod habebat,vel habere poterat in dicta re vendita occasione dotium , & hæreditatis dictæ domina Ma.q.matris suæ,vel alia quacunque idẽ ius dicto emptori pactio remittens &c. vt supra habes in primo consensu vxoris.

Venditoris mater si ex dote, legato uel usuf. ius in re habens consenserit.

AD hæc domina Diana mater ipsius uẽditoris, & vxor q. domini Boetij patris eiusdẽ uẽditoris præ dictis omnibus p̃sens dictæ uẽditioni cõsensit, & certificata per me Ruberũ no. infrascriptũ ipsam rem uenditã pro dotibus suis legato, & usufructu ei a dicto uiro suo domino Boetio in eius testamento suo relictis obligatã esse renunciauit omni suo iuri hypothecarum, & cuilibet alij, quod habebat, uel habere poterat in eadem re uẽdita ex iure dotium suarum legati, & usufructus prędictorum, & ipsius testamẽti, siue alia quacunque ratione uel causa idem ius totum ipsi emptori, pacto remittens. Promittens eidem &c. ut supra.

Venditoris pater si consenserit.

AD hæc dominus Boetius pater ipsius uẽditoris præ dictis omnibus pręsens prædictæ uẽditioni cõsensit, & renunciauit omni suo iuri, quod habebat, uel habere poterat, seu in futurum habere sperabat in dicta re uẽdita, occasione, usufructus sibi debiti, uel debẽdi in re ipsa, ratione paternę potestatis, uel alia quacunque ratione, uel causa, idem ius dicto emptori ex toto remittens, Et promittens eidem &c. ut supra.

Vendi. soror si ius, quod habet ex hæreditate, uel testamento patris renuncians consenserit.

AD hęc domina Diamante soror ipsius uẽditoris, & filia dicti domini Boetij per Deũ uiuũ uerbotenus adiurans, & asserens se maiorẽ esse prædictis omnibus, præsens dictæ uẽditioni cõsensit, & certificata per me. R. not. infrascriptum dictam rem uenditam sibi ex hæreditate paterna, seu ex institutione de se facta ab eodem patre suo in eius testamento obligatã esse, renũciauit omni iuri suo, quod habebat, uel habere poterat in dicta re uendita occasione dictæ hæreditatis, & institutionis, seu ipsius testamenti, aut alicuius relicti in eo contenti, uel alia quacũque ratione, uel causa, idẽ ius ipso emptori pacto remittens eidem pro se & suis hęred. sti. &c. ut supra.

Ven-

Venditioni si is, qui ex substitutione, uel fideicommisso ius habens in re consenserit.

INsuper Paulus frater prædicti uenditoris, & prędictis omnibus præsens dictæ uēditioni cōsensit, omni suo iuri quod habebat, seu in futurum habere sperabat in dicta re uendita, ratione uel occasione substitutionis fidei commissi, seu incertę conditionis contentorum in testamento. q. domini Boe. patris eius scripto manu talis no. omnino rēnūciauit. Illud per se & hæredes dicto uenditori, & emptori, & cuilibet eorum, & ipsorum hæredibus pacto remittens. Necnon promittens eidem stip. solenni interueniente, nihil iure ipso de cętero petere, uel de ipsa eis, uel eorum hæredibus litem uel quæstionem ulterius non inferre, ratione fidei commissi, substitutionis, conditionis, aut testamenti prædictorum, seu aliis quibuscunque occasionibus, sed prædicta omnia, & singula perpetuo firma, & rata habere, & tenere, & non cōtrafacere, uel uenire aliqua ratione, uel causa, de iure, uel de facto, Sub pœna &c. ut supra.

De personis absentibus.

DIcto de personis præsentibus tempore contractus traditionis, quæ cōsentiunt, & renūciant iuri suo, restat uidere de his, quæ tunc temporis sunt absentes. Et notandum est, quod quando aliqua persona absens est, quam uelit emptor consentire, & renunciare, seu ratificare, & approbare, debet procurare, quod uenditor promittat de faciendo, & curando, quod dictæ personæ ad certum tempus hæc faciant, quæ uenditoris promissio ita fiet, ut subsequenter notatur.

Venditor si promittat pro aliquo absente, qui habeat consentire.

INsuper promisit dictus uenditor dicto emptori pro se, & suis hæredibus stip. se facturum, & curaturū omni exceptione remota, quod dominus Anto. eius socer & domina Ma. eius uxor, & filia eiusdē domini Ar. hinc ad 20. dies, dictæ uenditioni consentient, & renunciabūt omni eorum iuri hypothecarum, & cuilibet alij quod

habebant,& habere præsent. in dicta re uendita,occasione dotium ipsius domine Ma. uel alia quacunque.& de his solennem promissionem,& obligationem ei facient ad sensum sapientis eius,& secundũ cursum,& consuetu dinẽ ciuitatis bon. Sub pœna l.lib.bo.stip.promissa & refectione damnorum,expẽsarum litis.& extra, obligatione omnium bonorum suorum,& pęna soluta.&c.

Venditor si promittit pro aliqua persona absente, quæ habeat ratificare, & approbare uenditionem, ut puta frater,uel soror,ita scribes.

INsuper promisit dictus uẽditor dicto emptori pro se, & suis hæredibus stip,se facturũ,& curaturum, omni exceptione remota,quod Michael eius frater, cum fuerit legitimę ætatis,intra.xx. dies postquam denunciatũ fuerit dictæ uendiitionis,consentiet.Et eam venditionẽ, precij solutionẽ, possessionis traditionem, & omnia & sin.suprascripta, & ratificabit,& approbabit, & ad ipsius legitimã rei defensionem in omnibus, & per omnia, ut fecit idem uenditor,se obligat,& de his omnibus solemnem obligationem,promissionem & cõtractum,cũ pœnę adiectione & corporali iuramento præstando more minorũ ei faciet ad sensum sapientis eiusdẽ emptoris, & secũdum consuetudinem, & cursum ciuitatis bo. sub pœna.l.li. bo.&c.supra.

Venditioni si persona absens postea consenserit, & renunciauerit suo iuri.

DOmi,Ma.vxor Ant.lecto sibi,& in ejus præsentia dicto instrumẽto uẽditionis factę.c.ab ipse Ant.eius uiro, eidẽ uẽditioni cõsensit, & certificata per me no.infra scriptum dictã uenditionẽ sibi pro suis dotibus obligatã esse renũciauit &c.vt sup.habes in primo cõsen.vxo.

Et nota idem esse seruandum in omnibus prædictis personis,quę pręsentes consenserunt, si tempore cõtractus absentes postea consenserint.

Ven-

Ven. a fratre factam si frater, vel consors ratificabit, approbabit ita scribes.

MIchael frater. q. Blasii, & frater An. lecto sibi, & in eius præsentia seriatim in instrumẽto uẽdi. facta Cor. fratri. q. Titij ab ipso. An. eius fratre, de quadam domo posita in tali contrata, intra tales confines pro precio. c. lib. bo. quod instrumentum scriptũ est manu mei no. infrascripti, ipsi uenditioni cõsensit, & eandem uenditionem precij solutionem, & possessionis creditionẽ, & omnia, & sin. dicto instrumento contenta ratificauit, & approbauit ipsum Cor. in iam data, & habita possessione confirmans, confitens, & asserens precium prædictum, & asseuerans totum cum dicto frater suo participasse, & illud in communem utilitatem ipsorum, & cõmodum uersum esse. Et renuncians exceptioni non habiti & non participati precij cum fratre suo supras. & in communem utilitatem non conuersi, & exceptioni doli cõditioni siue causa, in factum actioni, & omni alij auxilio. Nec nõ promittẽs dicto Co. pro se, & suis hæredibus stipulanti lite vel controuersiam ei vel suis heredibus de dicta re uel de facto, ullo tempore non inferre, nec inferenti consentire, sed ipsam tam in proprietatẽ, quam in possessionẽ, ei, & suis heredibus, ab omni homine, & uniuersitate legitime defendere auct. & desbri. & dictam uenditionem a dicto suo fratre factã, & omnia & sin. in dicto instrumẽto uenditionis ipsius conteuta, necnõ oia & sin. suprascri. perpetuo firma. & rata habere, & te. & nõ cõtrafacere uel uenire per se, uel aliũ, aliqua causa, uel ingenio de iure uel de facto sub pœna. c. lib. bo stip. in singulis capitulis contractus in solidũ promissa, & refectione dãnorũ, & expensarũ litis, & extra, & obligatione suorum bonorum oium, & soluta pœna. uel non rata maneant omnia, & singula suprascripta.

Sacramento minoris.

INsuper dictus Michael, quia minor erat. 25. annis, maior tamẽ decimaquarta iurauit corporaliter ad sãcta dei euãgelia, predicta omnia & singula ꝑpetuo firma, &

rata habere, & tc. & non contrafac. uel uenire occasione minoris ætatis uel minoris precij, siue non participati precij, aut in utilitatem suam non conuersi, uel non durantis, siue alia quacunq; ratione uel causa.

Itaq; si preter prædictas personas, uel securitates aliquę alię tibi in instrumentis ponendę occurrent, si prædictarum plene doctrinam habueris, erit tibi insufficiēs in reliquis documentum, licet in prima securitatum cōpilationem de omnibus, quę circa eas, secūdum usum, & consuetudinem ciuitatis bo. occurrerint, satis sufficienter, ut mihi uidetur, superius sit notatum.

Emphiteosis procemium.

QVoniam de quibusdam contractibus traditionū rerū immobiliū inter priuatas personas superius est notatū, restat nunc uidere de emphiteoticis instrumētis, & alias cōcessionibus, & etiā traditionibus faciendis ab ecclesijs. Sed licet ab ecclesijs fieri possint traditiones ad proprium, quia tamē cōtractus iste, uidelicet emphiteosis, sępius ab ecclesiis celebratur, & uertitur nunc super eo intentio principalis, ideo de ipso principaliter est uidendum.

Est igitur contractus emphiteosis meliorationis contractus, propriam ex lege zenoniana tenens naturam, neq; ad uenditionem, neque ad locationem inclinantem, sed suis pactionibus fulcienda, licet habere cum utroq; istorum contractuum affinitatem aliquam uideatur. Huius igitur contractus inuentionis præcipua causa fuit, ut cōcederetur ad tempus res sterilis, ut postmodum fertilis redderetur, fructibus interim emphiteoticario applicandis. Dicitur enim emphiteosis gręce idē quod latine melioratio: Alio quoq; modo dicitur emphiteosis possessionis immobilis rei ad certum tempus alteri facta concessio, dominio, & proprietate retēta sub conditione annuę pensionis, & renouationis finito concessionis tempore fiendę. Et hoc modo res etiam pingues, & fertiles, conceduntur, & potest constitui hęc emphiteosis non solum ab ecclesijs, & locis religiosis, sed

etiam

etiam a laicis, quibus est alienare permissum. Et contractus iste secundum diuersas terrarum consuetudines diuersis nominibus nuncupatur. Dicitur enim emphiteosis precaria libellus census fictus, & aliis pluribus nominibus, & fulcitur diuersis pactionibus secundum diuersas contrahentium uoluntates, & propterea rectius dicitur emphiteosis, ab eo, quod est emphiteos, fides, & thesis positio, quasi in contractu possessionis bonę fidei positio, sed quia ecclesię fungũtur uice minorum, si decipiantur uel lapsę deprendantur, quia omnis ecclesiarum rerum alienatio prohibita esse dignoscitur, nisi uenerabilis Antistitis, siue dioecesani authoritas interueniat, & licentia specialis, iccirco huiusmodi concessionibus, & omnibus alijs alienationibus rerum immobi. ab ecclesia faciendis, necessarium primo est, ut obtineatur ab episcopo dioecesano licentia, & auctoritas, supradicta, persona ecclesiastica accedente, impetranda per publicum instrum. Deinde concessionis, uel alienationis necessaria, uel utilis subsit causa. Insuper quod capituli, siue fratrum, aut sororum, uel aliarum personarum, quarũ concessit loci illius negotia disponãtur uel maioris partis praesentia interueniat, & cõsensus. Et quod in emphiteoticis fiat mentio de pensione, renouatione soluenda, & facienda temporibus ordinatis. Et de his omnibus fiat in contractu expressa & ordinata mentio, prout infrascriptorum instrumentorum series te docebit.

Emphiteosis concessio a monasterio facta.

QVoniã monasterium sancti Stephani bo. quod dicitur Hierusalẽ dño Iacobo ducentarũ lib. bo. debito tenebatur, cõtracto specialiter persoluẽda, collecta ipsi monasterio a domino. O. sedis apostolicę legato imposita uti de ipso debito, causa debiti patet in instrumẽto scripto manu talis no. quoniã uergẽte ipso creditore, necessariũ habebat idẽ monasteriũ ad dictum debitũ persoluendũ, subscriptam cõcessionẽ rei facere, infrascriptę utpote expedientem, & minus dãnosam, quã alterius rei uel possessionis eiusdem monasterij. Iccirco

licen

licentia,& auctoritate obtenta a uenerabili patre Ant. bo. episcopo de infrascripta concessione, infrascripto emphiteoticario facienda, ut patet pu. scriptura facta manu talis not. atq; infrascriptis monacis,& fratribus eiusdē monasterij, ut moris est ad hoc specialiter congregatis, uel conuocatis in capitulo. s. talibus dominus Bertramus, ipsius monasterij abbas uenerabilis pro se & successoribus suis uice & nomine ipsius monasterij, præsentibus,& consentientibus fratribus supradictis, dedit, & concessit Cor. pro se,& suis hæredibus recipienti in emphitheosim, usq; in ipsius tertiam personam domū unā sitam in parochia sanctæ Teclę cuius hi dicuntur confines,&c. An haben. te. pos. & quicquid ei, & suis hæredibus saluo iure dominij,& proprietatis, & saluis conditionibus in hoc instrumēto insertis, deinceps placuit, faciendum,& cum omnibus & singulis, qui intra prædictos cōtinentur confines uel alios, siqui forent, cum accesf.& egres. suis usq; in uiam pub. & cum omnibus & singulis, quæ habet supra se, uel infra se, seu intra se, in integrū, omniq; iure & actione, usu, seu requisitione ipsi rei modo aliquo pertinēte, pro precio. cc. lib. bo. quam pecuniæ quantitatē idē emphiteoticarius corā me no. & testibus infrascriptis, & mandato ipsius dn̄i abbatis, & ipsorum fratrum dedit,& soluit ipsi dn̄o Iacobo in solutionem,& satifactionē debiti suprascripti, ad quod ei dictū monasteriū tenebatur, ut superius cōtinentur. Quā rē idē d. abbas, se ipsius emphiteoticarij nomine constituti possidet, usquequo ipsius rei possessionem acceperit corp. quā accipiendi sua auct. & retinēdi deinceps ei licētiā omnimodā dedit. Promittens idē dn̄s abbas pro se,& eius success. uice & nomine ipsius monasterij dicto. C. pro se & suis hære. sti. litem, uel controuersiā ei uel eius hære. de dicta re, seu ipsius occasione, ullo tempore nō inferre, nec inferenti consentire, sed ipsam rem ei, & suis hęredibus ab omni homine,& uniuersitate legitime defendere, auc.& desbri. & prædictam dationem, & concessionē,& omnia & singula suprascripta firma & rata habere,& tenere, & non contrafacere uel uenire per se,

uel

uel per aliũ aliqua ratione de iure, uel de facto. Sub dupli dictę quãtitatis stipu. promissa, & refectione damnorum, & expensarũ, litis, & extra, & obligatione bonorũ ipsius monasterij, & pęna soluta uel non prędicta omnia, & sing. supradicta firma perdurent. Hanc autẽ concessionem, & omnia, & sing. suprascripta fecit idem. d. Abbas sub hac cõditione, & pacto, & initis actis expressim inter ipsum emphitheoticariũ supradictũ, uidelicet quòd ab ipso emphiteoticario, & quocunque alio, ad quẽ res ipsa, usque in ipsius terrã personam deuenerit, singulis annis in festo natiuitatis dñi nũmus Veronẽsis, noĩe pẽsionis eiusdem rei ipsi monasterio persoluatur. Postquam aũt ad quartã personã deuenerit noua emphitheotica cõcessio fiat. hoc ordine reseruato renouationis tamẽ causa ibi monasterio c. sol. bo. tũc tẽporis persoluẽdis. Cæterũ actũ est inter ipsos, ut ex hoc cõtractu duo unius eiusdẽ tenoris instrumẽta, fiant, unũ v3, ꝓ ipso emphiteoticario, & aliud pro monasterio antedicto.

Emphiteo. renouatio: & confirmatio.

QVoniã domus quędã sita parochia sanctę Teclę intra tales confines, olim cõcessa, & data a monasterio sancti Stephani bo. quòd dicit Herusalẽ, in emphiteosim, sub cõditione annuę pẽsionis renouationis, post tertiã personam faciendę, quam modo possidet Cor. frater. q. Titij, cum nunc, ut dicitur in personam, & casum tempus renouationis aduenerit. Iccirco instante, ac petente ipso Cor. & eiusdem monasterij fratribus, ut moris est, ad hoc specialiter in ca. congregatis. s. talibus, & talibus, domiñus. B. ipsius monasterij uenerabilis abbas pro se ipso, & successoribus, uice, & nomine ipsius monasterij præsentibus, & consentientibus fratribus supradictis, dedit, & conces. iure, & causa renouationis, & concessionis emphiteoticę dicto Cor. pro se, & suis hæredibus recipienti usque in ipsius tertiam personã domũ ꝑdictã ad hñ. te. pos. & quicquid sibi, & suis hæredibus, saluo iure dominij, & proprietatis, & saluis condi-

conditionibus in hoc instrumento insertis, deinceps placuerit, faciendum, cum omnibus, & fin, quae inter praedictos continetur confi. uel alios, si qui forent, cum acces. & egres. suis usque in uiam pu. & cum omnibus, & fin. quae habent supra se, uel infra se, seu intra se, in integrũ, omnique iure, & actione, usu, seu requisitione ipsi rei modo aliquo pertinente pro precio. c. sol. bo. quos idem dominus abbas ab ipso Cor. recipit ibidem, & in praesenti in specialem utilitatem ipsius monasterij conuertendos, possessionem einsdem rei, quam idem Cor. habebat ipsi Cor. & in ipsa plenissima autoritate confirmans, necnon promittens per se, & suos successores, uice, & nomine ipsius monasterij dicto Cor. pro se & suis heredi. stip. litem uel controuersiam ei de dicta re, uel eius occasione, ullo tempore non inferre, nec inferenti consentire, sed ipsam rem ei & suis haere. ab omni homine, & uniuersi. legitime defendere auc. desbri. & praedictã renouationis concessionem, & omnia & sin. suprasc. perpetuo firma, & rata habere & te. non contrafacere, uel uenire per se, uel alium, aliqua causa, uel ingenio de iure uel de facto sub pena. c. lib. bon. stipu. promissa, & refectione damnorum, & expensarum litis, & extra, & obligatione oĩum suorum bon. ipsius monasterij, & pena soluta, uel nõ, praedicta omnia firma perdurent. Hanc autem praedictam renouationis concessionem, & omnia & sin. suprasc. fecit idem dominus Abbas sub hac conditione & pacto, actis, & initis inter ipsum, & emphiteoticarium supradictum uidelicet, quod ab ipso emphiteoticario, & quocunque ad quem res ipsa usque ipsius tertiam personam deuenerit, sin. annis, in festo natiuitatis domini, nũmus Veronensis nomine pensionis eiusdem rei ipsi monasterio persoluatur. Postquã autem ad quartam personam deuenerit, noua emphiteotica concessio fiat, hoc ordine reseruato, renouationis tamẽ causa ipsi monasterio. c. sol. bon. tunc temporis exhibendis. Caeterum uoluerunt, & mandauerunt, ut ex hoc contractu, duo unius tenoris instrumenta fiant. unum pro ipso Cor. Et aliud pro monasterio antedicto.

Emphi-

Emphiteoticæ rei solutio pro multis alijs.

QVoniam Cor.q.Titij nomine pensionis cuiusdam domus emphiteoticę sitę in cõtrata sanctę Teclę intra tales confines &c.nummum Veronensem monasterio sancti Stephani bo.singulis annis persoluere tenebatur,& actũ est inter ipsum, & dominũ.B. ipsius monastrij uenerabilẽ Abbatẽ, de cõsensu infrascriptorũ fratrum eiusdem monasterij,ad hęc specialiter congregatorũ ibidem, ut pensio pro infrascripta annorũ quantitate debenda,licet deberetur ad tempus, nunc tamen simul,& semel ipsi monasterio persoluatur. Ideo dictus Cor. coram me no. & testibus infrascriptis, dedit & soluit ipsi.d.Abbati tres sol. bono. computatis sol.l. veronensibus in solutionem,& satisfactionem pensionis pro. l.annis debendę ex domo emphiteotica supradicta, Qui dominus Abbas asserens, & confitens sibi de pensione ipsius domus prædicto tempore forę plene, & integre satisfactum promisit pro se, & suis successoribus, uice, & nomine ipsius monasterij dicto.Cor.pro se,& suis hęredibus stip.prædictam solutionem, & omnia, & singu. suprascripta firma & rata habere,& tenere, & non contrafacere, uel uenire de iure, uel de facto, sub pena. 10. lib.bo. & refectione dannosi, & expensarum litis, & extra, & obligatione omnium bonorũ ipsius monasterij. Et pęna soluta, uel non, prędicta firma perdurent. Fratres autem ipsius monasterij omnibus præsentes & consentientes sunt hi &c.

Venditio ad proprium facta ab ecclesia.

QVoniã ecclesia Sanctæ Ma.portæ Rauẽnatis quasdã domos habebat iuxta se positas,quæ ruinam,& pręcipitiũ minabãtur, quos domos propter hęc, & quia etiã melius eis cõstructis,& ędificatis percipiãtur ex ipsis huberiorem redditus pensionum, & fiet locupletior ecclesia supradicta, oportebat ex magna necessitate, & utilitate construi & aptari. Et quoniam non existẽtibus in ipsa ecclesia aliquibus rebus mobilibus,ad

habenda

habenda pro ipsa causa commode distrahendis pecuniã alienatio, & venditio infrascr. rei minus erat ipsi ecclesiæ damnosa, immo magis vtilis, & necessaria, quam alterius possessionis eisdem, vt hæc omnia eam vera domi nus G. capellanus & rector ipsius ecclesiæ in verbo veritatis, & fidei affirmauit, & patronorum ipsius ecclesiæ, & vicinorum ibidem præsentium etiam testimonio in hoc habere. Iccirco licentia & auctoritate obtenta a venerabili patre fratre Iacobo bo. episcopo de infrascripta alienatione, & venditione facienda infrascripto emptori, vt patet pu. script. facta manu talis no. atque infrascriptis patronis ipsius ecclesiæ. s. do. P. & M. & etiam infrascriptis vicinis v. talibus & talibus ad hæc specialiter congregata. ibidem d. capellanus & rector ipsius ecclesiæ pro se ipso, & suis successoribus, uice, & nomine ipsius ecclesiæ præsentibus, & consentientibus patronis, & vicinis prædictis de ven. & tra. iure proprio, in perpetuum Cor. pro se, & suis hæredibus recipienti, petiam vnam terræ vineatæ positam apud fossielem, quam esse dixit, & conuenit. x. tor. & eiusdem tales esse confines &c. ad haben. ten. pos. & quicquid sibi, & suis hæredibus deinceps placuerit, perpetuo fac. cum omnibus, & sing. quæ intra prædictos continentur confi. vel alios, si qui forent cum accef. & egref. suis vsque in viam publ. & cum omnibus, & singulis quæ habet supra se, vel infra se, seu intra se, in integrum omnique iure, & actione, vsu, seu requisitione ipsi ecclesiæ pro dicta re vendita, siue ipsi rei modo aliquo pertinente. Pro precio. decem lib. bon. pro qualibet tor. quod capit in summa centum lib. bo. quam pecuniæ quantitatem dictus emptor de mãdato dicti d. capellani, & prædictorum patronorum, & vicinorum dedit, & soluit ibidem in pręsenti magistro Mi. de musa, cui dictus capellanus antedictum opus ipsarum domorũ, reficiendarũ, & ædificandarũ locauit ad summã pro c. lib. bo. soluendis eidẽ ab ecclesia supradicta, vt patet ĩ instrumẽto scripto manu talis no. Quam rem venditam idem capellanus se dicti emptoris nomine constituit possidere, donec ipsius rei possessione

ne acceperit Cor. quam accipiendi sua auctoritate propria,& retinendi deinceps ei licētiam omnimodam dedit. Promittens pro se,& suis successoribus, vice,& nomine dictæ ecclesiæ ipsi emptori pro se & suis hæredib. stip. litem, vel controuersiam, ei vel suis hæredibus &c. vt supra habes in instrumento primo uenditionis,excepto quòd facies ipsum capellanum obligare omnia bona ipsius ecclesiæ.

Permutatio facta ab ecclesia de re emphyteotica pro alia emphyteotica.

QVoniam monasterio Sācti Steph.bo.quod dr̄ Hierusalem,infrascripta ꝑmutatio ad vtilitatem cedit multiplicem,& profectum,iccirco obtēta licētia & auctoritate a uenerabili patre fratre Iacobo bo. Ep̄o de infrascripta permutatione facienda,vt patet pu. scrip. scripta manu talis no.Ad q̄ infrascriptis fratrib.ipsius monasterij,vt moris est,ad hæc specialiter in capitulo cōgregatis.s.talibus,& talibus. dn̄s Boetius ipsius monasterij venerabilis Abbas pro seipso & eius successorib. vice,& nomine ipsius monasterij,pn̄tibus,& cōsentientibus fratribus supradictis, permutauit Cor. pro se & suis hære.recipienti,dando, & concedēdo eidem in emphytheosim vsque in suam tertiam personam domum vnam sitam in tali contrata, intra tales confi.ad habente.pos.& quicquid ei, & suis hæredibus, saluo iure dominij, & proprietatis & salutis conditionibus in hoc instrumento insertis deinceps placuerit, faciendum, cum omnibus & sin. quæ intra prædictos continentur confi. vel alios siqui forent cum acces. & egres. suis vsque in viam pu.& cum omnibus & sing. quæ habent supra se, vel infra se,seu intra se in integrum,& cum omni iure, & actione, seu requisitione ipsi rei modo aliquo ꝑtinente.Et hoc pro vna petia terrę vineatę positæ in tali loco, intra tales confines,quā dictus Cor. permutauit ipsi domino B.Abbati ipsius monasterij pro se,& suis successoribus, vice,& nomine ipsius monasterij recipienti, eodē

modo

modo in cambium dando, & concedendo eidem in emphyteosim vsque in tertiam personam, ad haben. te. poss. & quicquid dicto monasterio &c. Saluo iure dominij, & proprietatis, & saluis conditionibus in hoc instrumēto insertis deinceps placuerit, faciendum, cum omnibus, & singul. quæ intra prędictos continentur confines, vel alios, siqui forent, cum acces. & egres. suis vsque in viam pu. & cum omnibus, & sing. quæ habet supra se, vel infra se, seu intra se in integrum, omnique iure, & actione, vsu seu requisitione sibi ex ea re, vel pro ea re aut ipsi rei modo aliquo pertinente. Qui prædictus Abbas vice, & nomine ipsius monasterij, & dictus Cor. s. vnusquisque eorum vicissim alterius nomine, rem a se permutatam, & concessam, constituit possidere vsquequo vnusquisque eorum rei sibi permutatę, & concessæ possessionem acceperit cor. quam accipiendi sua propria aucto. & retinendi deinceps vnus alteri adinuicem licentiam omnimodam dedit. Promittēs. s. vnus alteri adinuicem, solemnibus sti. hincinde interuenientibus, litem uel cōtrouersiam de re a se permutata, & concessa alteri vllo tempore non inferre, nec inferenti consentire, sed vnusquisque rem a se permutatam, & concessam alteri adinuicem ab omni homine, & vniuersitate legitime defendere, auct. desbri. & prædictam permutationem, & omnia & sing. suprascri. firma & rata habere, te. & non contrafacere, vel venire per se, vel alios, aliqua ratione, vel causa, de iure, vel de facto. Sub pęna c. lib. bo. stip. ad inuicem inter ipsos promissa, & refectione damnorum, & expensarum litis, & extra, & pęna soluta uel non prædicta omnia, & sin. firma perdurent. Pro quibus omnibus & sing. firmiter obseruandis obligauit idem Abbas dicto Cor. omnia bona ipsius monasterij, & dictus Cor. ipsi Abbati omnia sua bona. prædictas autem concessiones, & permutationes, & omnia & singu. suprascripta fecit vnaquęque partium prędictarum sub his conditionibus, & pactis expressim actis & initis inter ipsos, videlicet, quod ab unaquaque parte nomine pensionis, rei sibi permutatę, & concessę, & a quocunque alio, ad

quem

quæ res ipsa usque in tertiam personam deuenerit, nummus Veronensis singulis annis in festo Natiuitatis domini alteri persoluatur. Postquam autē res ipsa ad quartam personam deuenerit, fiet de ea noua emphiteotica concessio, hoc ordine reseruato, renouationis tamē causa. c. sol. bon. ipsi, qui renouationem fecerit, tunc temporis persoluendi. Cæterum uoluerunt, & mandauerunt ex hoc contractu duo eiusdem tenoris cōfici instrumēta. s. unum pro unaquaque partium prædictarum. Et nota, quod si permutauerit ecclesia cum priuata persona unaquęque partium dando, & uēdendo alteri iure proprio, ponas nihilominus omnia uerba, quæ in huius instrumenti procemio continentur, & procedens colligendo ex proxime dicto instrumento permutationis factæ inter priuatas personas, & tacitas, tam de pensione, & nouatione, quam de alijs omnibus, quæ ad conditionē rei emphiteoticę spectant. Restat ergo, ut uiso de uenditionibus, & tradi. immobilium rerum, nunc subsequēter de mobilium corporalium, & incorporalium uideamus, ut quia vtrarumque rerum traditiones eisdem titulis, fieri possunt, & in quibusdam alijs affinitatem, & cohęrentiam simul habeant unum idem capitulum immediatā doctrinam exhibeat utrarumque, & quoniam res mobiles quædam sunt sensibiles, quædam insensibiles, & ex sensibilibus, quædam corporales, quædam incorporales. Ideo primo de sensibilibus equis debet, & alijs animalibus, postea de reliquis est uidendum. Sed quia equi, & muli sunt animalia aliquando multum uitiosa, & uitia, & morbos occultos habentia. Et propterea in huiusmodi animalium emptione emptores decipi multū possunt. Ideo emptoribus lex specialia beneficia reseruauit. Quibus in ipsis animalibus tempore uenditionis fuerint uitia ipsis emptorbius tunc tēporis incognita, possent contra uenditorē agere redibitorie. i. uelle rem reddere, & precium sibi reddi, & quanto minoris, hoc est petere illam partem precij quam nō dedisset, si sciuisset illud animal adeo uiciosum. Vnde quodāmodo natura cōtraria in his instrumētis agitur, ut magis uēditoribus,

bus,quam emptoribus caueatur. Et præterea sagaci cura cauẽdum est,ut illa ponatur in huiusmodi instrumẽtis,quantum fieri potest,ne contra uenditores prædictis actionibus agi possit. Debet enim tabellio caute,& secrete a uenditore quærere uitia equi ea, quæ tunc temporis sciuit in eo,ut nullum omittat, & illa sola, & non alia specialia instrumento ponere, & postea generaliter procedere, prout uidebis in ordine instrumenti.

Ven.equorum.& similium animalium.

ANtonius de.& uen.Co. unum equum baium balzanũ in frõte & crure anteriori sinistro,posteriori dextro,ipsum sibi ibidẽ per frenũ tradens, nominatim, cum his uitijs,& magagnis specificatis,& dictis ab eo ipsi emptori ibidem,& in præsenti,uidelicet cum una schinella in tali crure,& quod lunaticus est, & retrogradus, & bulsus,& generaliter pro tali,qualis est, & cum omnibus uitijs,& magagnis latentibus, & manifestis, & quæ habet intus, & extra, asserens & protestans vitia prædicta specificata in ipso equo existere, & ipsorum vitiorũ, vel morborum, siue quorumcunque aliorum latẽtium, vel apparentium ratione, vel occasione ipsi emptori in aliquo de cætero nolle teneri, pro precio.l.lib. bo. quod precium dictus venditor, confessus, & contentus fuit se ab ipso emptore habuisse,& recepisse, exceptione sibi nõ dati,& non soluti precij omnino renuncians. Et promittens ipsi emptori pro se, & suis hæredibus stip. dictum equum sibi ab omni homine,& vniuersitate legitime defendere,auct.desbri.Sub pœna dupli dicti precij sti.promissa, & refectione damnorum, & expensarum litis, & extra,& obligatione omnium suorum bonorum, & pœna soluta,vel non,prædicta omnia, & sing. suprascr. firma perdurent.Qui emptor dictum equum recepit ibidẽ cũ dictis,& specificatis vitijs & magagnis occultis,& apparentib. quæ in dicto equo bene cognoscere, & ea sibi ostẽsa,& expressa esse dixit, & cõfessus est, & generaliter cum omnib.vitijs,& magagnis occultis, & apparẽtib.&

quę

quæ habet intus,& exrra, & pro tali quali est, asserens, & protestãs nolle ipsum uẽditorem sibi teneri occasione dictorũ uitiorũ,uel morborũ ipsius equi expressorũ,siue quorũcunq; aliorũ apparentiũ,& nõ apparẽtium,& quæ habet intus, & extra. Et facies eidẽ finẽ, & refutationẽ, & pactũ ulterius non petẽdo, de omni iure, & actione, quod uel quã habebat,uel in futurũ habere sperabat cõtra ipsum occasione dictorũ uitiorũ,uel morborum,aut quoruncunq; aliorũ ipsius equi. Necnon promittẽs ipsi An.solẽni sti. interueniẽte, non opponere legẽ redibitorum uolentẽ rem reddere,& preciũ sibi reddi,nec quanto minoris petentẽ aliquã partem precij sibi reddi, quã non dedisset,si sciuisset rẽ morbosam, nec in factũ actionem. Quibus legibus, uel omni alij auxilio omnino renunciauit,& nullam aliam exceptionem cõtrariam, uel defensionem iuris uel facti specialem, uel generalem in aliquo facere,uel opponere,& litem, uel controuersiam ei, prædictarum occasione,ullo tempore nõ mouere, de iure uel de facto,sed prædicta omnia, & singu. firma, & rata habere & te. non contrafacere, uel uenire, de iure uel de facto. Sub pœna. c. lib. bo. stip. in fin. capitulis huius contractus insolidum promissa,& refectione damnorum,& expensarum litis & extra, & obligatione omnium suorum bonorum,& pœna soluta uel non, prædicta omnia & sing. firma perdurent. Et no. quod in uenditionibus bonum, asinorũ,ouium,& his similibus tanto solerti iure, & tanta solennitate præcedere non est opus,cum ipsa animalia nõ sint adeo uitiosa,ut equi, & quia,& consuetudo repugnat. Sed breuiter dices An. de. & uen. Cor. bouem unum talis pili cum tali cornatura, ipsum sibi tradens ibidem cum omnibus uitijs,& magagnis occultis,& manifestis in eo pro tali precio. Et permittat legitimam defensionem bouis, ut supra habes in instrumento equi, idẽ de omnibus dices exprimens numerum ouium,sed uniuscuiusque signa propter euitandam confusionem,non dices, nisi quod generaliter pones, quot ex eis sunt albæ, & nigræ.

Venditio librorum.

ANtonius de.& uen. Cor. vnum digestum vetus scriptum in chartis hedinis, cōtentum in 30. quaternis, habens duo folia, vnum a principio, & aliud in fine non scripta, & per totum de glosis domini Accursij, apparatū ipsum librum ibidē in manibus sibi tradens. Pro precio. l. lib. bo. quod precium confessus, & contentus fuit se ab ipso emptore habuisse, & recepisse, exceptioni sibi nō dati, & nō soluti precij omnino renuncians. Et ꝓmittens ipsi Co. pro se, & suis hære. stip. de vitio, & euictione ipsius libri secundum iuris ordinem, & consuetudinē ciuita. bo. Et prædictam venditionem, & omnia, & sing. supraścripta firma, & rata habere, & te. & non contrafa. vel venire aliqua ratione, vel causa de iure vel de facto. Sub pœna dupli dicti precij sti. promissa, & refectione dānorum, & expensarū litis, & extra, & obligatione omnium suorum bonorum, & pœna soluta vel non, prædicta omnia, & sin. firma perdurent. Et insuper Phi. ipsius An. precibus, & mandatis se principalem constituens promisit principaliter, & insolidū se obligando dicto Cor. pro se, & suis hęre. sti. dictum librū, et ab omni homine, & vniuersitate legitime defendere auc. & desbri. et se facturū, & curaturū, quod dictus Ant. prædictā uēditio. & oia, & sing. suprascripta firma, et rata habebit, et te. & nō cōtrafaciet aliqua rōne uel causa de iure, uel de facto. Sub pœna. l. lib. bo. sti. promissa ut supra. Renuncians bñficio nouæ constitutionis de fideiussionibus, et oia alij auxilio.

Ven. futuri fœni. & fructuum percipiendorum.

ANtonius de. et ven. Co. totā herbā seu futurum fęnū quantūcunque, et qualecūq; fuerit, vel erit, et ꝑcipi poterit, vel haberi pro anno p̄senti in prato suo sito ad centenariā, cuius hi dicuntur confi. percipiendum, colligēdum, et hñ. sua auct. omnib. ipsius emptoris sumptib. et expensis ad omnē suam ex nunc custodiam, et omne periculū, atque casum rapinę, et incēdij, et inundationis aquarum, et cuiuscunque alterius fortuiti euetus semel

vide-

videlicet tantummodo secundum,& colligendũ tp̄e cõpetenti, illo. s.quo prata secan t,pro precio 20.lib.bo. qđ preciũ dictus vẽditor confessus,& cõtentus fuit se ab ipso emptore habuisse,& recepisse,exceptioni sibi nõ dati, & non soluti p̄cij,doli,& in factum actionis,& omni alij auxilio oĩno renuncians. Promittens ipsi Cor, pro se, & suis hær.sti.prędictum fęnum sibi ab omni hoĩe, & vniuersitate legitime defendere,auct.& desbri.& prędictam vend.& omnia,& sin.suprascripta firma, & rata habere, & te,& non contraf. vel venire aliqua rõne vel causa, de iure vel de facto.Sub pęna dupli &c. vt supra.

Vend. fructuum in certo termino dari promissorum.

ANt.de. & ven.Cor.omnia futura vellera, siue futurã lanã quantacunq; & qualiscunque fuerit,& quã tondi.i.percipi,& haberi contigerit in anno pręsenti, ex trecentis ouib,suis, quas habet in maritima, & ipsam lanã in 15.dies dictis ouib.tonsis eidem Co.dare & cõsignare Bo.omnibus suis expensis solẽni sti.promittens pro precio 5.sol.bo,pro quolibet vellere,siue x.li.bo. pro quolibet cẽtenario ponderis dictę lanæ, de quo precio dictus An. cõfessus,& cõtẽtus fuit se ab ipso Co.habuisse,& recepisse 30.lib. bo.exceptioni sibi non datę & non solutæ quantitatis pecunię omnino renuncians. Residuum vero dicti precij,prout in summa,& ascendet idem Cor.ipsi An.soluere, & dare solẽni stipulatio.promisit dicta lana pręponderata,& consignata eidem. Quę omnia,& singula suprascripta promisit vna pars alteri adinuicem solenni stip.hincinde interuenientibus,firma & rata habe. te.obseruare,& adimplere, vt supra habes in instrumento arrarum,Veruntamen si alię obligationes interuenerint,& promissiones,vtputa de dationibus,& solutionibus prędictis faciendis vbique locorum, & fori de precijs recipientis recurre ad subsequentem librum,vbi agitur de his, quę ad tempus debentur.

Ven. vsufruc. ad plures annos.

ANtonius de.& ven,Co.vsufructus,redditus,& obuentus cuiusdã vineę sitę ĩ villa Sãcti Rophilli, cuius hi

dicuntur confi. hinc ad quicunque annos proximos dãs & concedens eidẽ dictã vineã, & arbores, & omnia quæ in ea sunt, & intra prædictos continen. confi. hñ. te. vtẽda & fruẽda libere, per se, vel alium, quem voluerit, hinc ad terminum supradictum. Pro precio. l. lib. bo. quod precium confessus & conten. fuit, se ab ipso Cor. habuisse & recepisse, exceptioni sibi non dati, & nõ soluti precij omnino renuncians. Et promittens dicto Cor. pro se & suis hære. stip. prædictam vineam & oĩa, quæ in ea sunt libera, vtenda, fruenda, vt dictum est ei, & suis hære. ab omni homine, & vniuersitate, hinc ad terminum supradictũ, & dictos usuf. quos in dictis. v. an. perceperit, tam intra terminum, quam postea perpetuo defendere, auc. & def. & prædictam venditionem, & omnia & sin. suprascripta firma & rata habere & te. & non contrafacere, vel veni. per se, vel per alium, aliqua ratione de iure, vel de facto. Sub pęna. c. lib. bo stip. promissa, & refectione damnorũ, & expensarũ litis, & extra, & obligatione omnium suorũ bon. & pœna soluta, vel non prædicta omnia & sin. firma perdurent. Contra dictus Cor. promisit ipsi An. pro se & suis hære. stip. vineam prædictam cum omnibns, quæ in ea sunt, sine fraude vti, & frui, & ipsius fossata, & sæpes eius manu. te. & conseruare, & eam quolibet anno debitis tẽporalib. bene putare, releuare, ligonizare, & remeare, & in omnibus bene, & sine fraude colere. Arbores siccas, vel virides non incidere sine domini mandato, & finito termino dictam vineã in ęque bo. sta. vt nunc est, ipsi domino libere relaxare, & consegnare, sub pœna. c. lib. bon. &c. vt supra in hoc eodem instrumento.

Venditio actus, & itineris.

ANtonius de. & vẽ. iter & actum in perpetuũ in campo, & per campũ suum situm in curia sancti Ro. a mane, cuius pos. talis, &c. s. a latere mane dicti campi per viã latitudinis. 7. pedũ tenus fossato cãpi p̃dicti, quantũ protenditur, ipse campus ad vineam, vel ad fundũ ipsius Co. situũ iuxta prædictũ campũ, ita ꝙ ipse, & eius hęredes, & quisque alter eius nominę deinceps in perpetuũ per

campum

campum pdictum possit libere p dictam viam qñcunq;, & quotiescunq; ad vineam pdictam ire, transire, & redire cum psonis plaustris equis & hastis. Dãs, cedẽs, & concedens eidem plenum ius dicti itineris, actus, & viæ, & huic cõditioni, & seruiti pperuo subijciẽs rem eãdem, pro precio x.lib.bo.qđ precium dictus uenditor, confessus, & contẽtus fuit, se ab ipso emptore habuisse, & recepisse, exceptione sibi dati, & nõ soluti precij oĩnò renuncians, & dans eidem licentiam, & liberam potestatem ipsius itineris, actus, & uiæ, & iurisdõnis, & seruitutis quasi pos. ex nunc sua auct. intrãdi, & decetero retinendi, & cõstituẽs se interim quasi suo noĩe possidere. Necnõ promittẽs dicto emptori p se, & suis hæred. stip. litẽ vel controuersiã, ei, vel eius hær. de prædictis, vel prædictorũ occasione, ullo tpe non inferre, nec inferẽti consentire, sed ipsum iter, actum, & viam, ius, conditionem, & seruitutem perpetuo ab omni homine, & vniuersitate legitime defen. auct. & des. & prædictam vẽditionem, & omnia, & sing. suprascripta, perpetuo firma, & rata, habere, & te. & non cõtrafa. vel venire, aliqua ratione, vel causa de iure, vel de facto, sub pena 25. lib. bono. &c.

Ven. tignorum, & aliorum lignorum in pariete, vel muro aliquo ponendorum.

ANtonius de. uen, cessit, & concessit Cor. ius trabum & quorũcũque lignorũ immittẽdorũ in pariete, siue muro domus ipsius A. cõ. tigno domui ipsius Co. vt qñcunque & quotiescũq; opus fuit, habuerit & voluerit possit sua auct. immittere, seu impugnare trabes, & quęcũque ligna, vsque ad medium seu vsque ad interiorem tunicam dicti muri, dũmodo murus ipse ruinæ, uel præcipitij siue grauis deteriorationis periculum non incurrat, ipsum mutuorum huic perpetuo subijciens seruituti. Pro precio x. libr. bono. quod precium dictus vend. confessus & contentus fuit, se ab ipso emptore habuisse, & recepisse, exceptioni sibi non dati, & non numerati precij omnino renuncians. Et dans ei licentiam, &

 ple-

plenam potestatē ipsius iuris, & seruitutis quasi possessionē ex nūc sua auct. intrādi, & de cetero retinēdi. Cōstituēs se interim quasi possidere suo nomine. Nec nō promittēs dicto emptori ꝓ se, & suis hrdib. stip. litē, vel controuersiā ei, vel eius hæredib. de prædictis, vel prædictorum occasione, vllo tpe non inferre, nec inferenti cōsentire, sed dictum ius, & seruitutē perpetuo ab omni homine, &c. vt supra in præcedenti contractu.

Capitulum Secundum incipit, quo infrascripti continentur tituli, videlicet.

PRæsens capitulum rerum mobilium, & immobiliū traditionū continet instrumenta. Verum quia non solum his titulis, & modis, quib. in ca. ipso fit mētio, Immo & ꝑ dationes in dotem res hær. deinde in alium trāsferuntur, & ex matrimonijs, vnde dotium cōstitutiones originem tradunt, quædam etiam alia procedūt instrā. Iccirco secundo loco ca. hoc dotium, & aliorum ex matrimonijs procedentium contractuum formas docet.

Dos constituta in re immobili inæstimata.

DOminus An. de. & tra. Georgio ꝓ se, & suis hrdib. recipiēti in dotē, & noīe dotis dñæ Ma. suæ filiæ dicto Ge. ex mrimonio copulatæ, domū vnā inæstimatā sitā in cōtrata tali, cuius tales dñr confi. &c. ad habē. & te. pos. & ꝗcqd sibi, & suis hrdibus, debito iuris saluo deinceps placuerit faciendum, cum oībus, & sing. q̄ intra prædictos continent cōfines, vel alios si ꝗ forent, cū access. & egress. suis vsque in viam publ. & cum omnibus, & sing. quæ habet su. se, vel infra se, seu intra se, in integrum, omniq; iure, & actione, seu requisitione ipsi rei modo aliquo pertinente. Quā rem ipse dominus An. se dicti G. nomine constituit possidere, donec ipsius rei possessionē acceperit cor. quam accipiendi sua aucto. & retinendi deinceps ei licentiam omnimodam dedit. Promittēs pro se, & suis hæred. dict. G. pro se & suis hære. stip. prædictā. rē ab omni homine, & vniuersitate legitime defen-

aud.

auct.& desbri.& pdictam traditionem,& omnia, & sin. supra scripta firma & rata habere, & te. & non contrafacere,vel venire per se,vel per alium aliqua causa, uel ingenio,de iure vel de facto.Sub pęna c.li.bo.stip. promissa,& refectione damnorum,& expēsarum litis,& extra. & bo.omnium suorum bonorum,& pęna soluta,vel nō prædicta omnia,& sin.firma perdurent. Quapp versa vice dictus G.promisit per se, & suos hrdes sine aliqua exceptione iuris, vel facti se obligando dicto A. pro se, & suis hrdib.sti.restituere eidem aut dictæ d.Matheldæ, siue ipsorum hær.vel cui ius & casus dederit prædictā domum in oēm euentum restituendæ dotis,sub pęna. c.li. bo.sti.promissa,qua soluta,vel non prædicta oīa,& sing. firma perdurent. Item reficere,& restituere sibi omnia, & sin.damna,& expensas litis,& extra,pro quibus oībus & sin.firmiter obseruandis, obligauit eidem omnia sua bona. Cæterum mandauerunt, & voluerunt duo eiusdē tenoris ex his fieri instrumenta, vnum videlicet pro vna quaque partium prædictarum.

Dos constituta in re immobili, mobilis. vt in pecunia æstimata.

DOmin.Rosa.f.q.dūi Arduini de. & tra. iure pprio in ppetuum Da.eius spōso.& viro p se,& suis hæredib.recipiēti in dotem;&noīe dotis petiā vnā terrę aratoriæ æstimatā c.li.bo. positā in uilla S. Roph.in tali loco,quā esse dixit,& cōuenit x.tor.& eiusdem tales eē confines &c.ad hñ.& te.pos.& q cq d sibi,& suis hęr.deinceps placuerit,perpetuo faciendum. cū omnibus,& sing. quæ intra prædictos continent confines,vel alios, siqui forēt, cum acces.& egres.suis vsque in viam pub.& cum oībus & sin.quæ habet supra se, vel infra se,seu intra se, in integrum, omnique actione vsu seu requisitione sibi ex ea re;aut ipsi rei modo aliquo pertinente. Quàm rem ipsa domin.Rosa se dicti D. nomine constituit possidere, vsque quo ipsius rei possessionem acceperit corporalem, quam accipiendi sua aucto. retinendi deinceps

ei

ei licentiam omnimodã dedit. Promittens per se & suos hæredes dicto Da. pro se, & suis hæredibus sti. litem, vel controuersiam ei, vel eius hæredibus de re ipsa, vel eius occasione vllo tempore non inferre, nec inferenti consentire, sed ipsam rem tam in proprietate, quam in possessione ei, & suis hæredib. ab omni homine, & vniuersitate legitime defen. auct. & desbri. & prædictam traditionem, & omnia & sin. suprascripta perpetuo firma & rata habere & te. & non contrafacere, vel venire per se, vel p alium, aliqua causa, vel ingenio, de iure, vel de facto. Sub pęna dupli dictę æstimationis sti. promissa, & refectione dãnorũ, & expẽsarũ litis, & extra, & obligatione omnium bonorum suorum, & pęna soluta, vel nõ, prędicta omnia, & sin. firma perdurent. Item dictus D. confessus, & contentus fuit, se habuisse, & recepisse, ab ipsa domina R. in dotẽ, & nomine dotis in alia parte. c. lib. bo. in denarijs & rebus mobilibus ęstimatis, exceptioni sibi nõ datæ, & nõ solutæ quãtitatis & rerum mobiliũ oĩno renuntians. Necnon promittens per se, & suos hære. dictæ d. R. pro se, & suis hæred. stip. soluere & restituere eidem aut eius hæredibus, siue cui ius, & casus dederit dictas cc. lib. bo. in oẽm euentum restituendæ dotis. Sub pęna dupli dictę quantitatis pecuniæ stip. promissa. qua soluta, vel non prędicto omnia, & sin. firma perdurent. Itẽ reficere, & restituere sibi omnia & sin. damna, & expensas, & interesse litis, extra, pro quibus oĩbus & sing. firmiter obseruandis, obligauit eidem omnia sua bona. Cæterũ voluerunt, & mãdauerunt, ex hoc cõtractu duo instrumẽta eiusdẽ tenoris confici, videlicet vnũ vnicuiq; parti dandum Et no. quod qñ contingit casus prædictus videlicet, quod daretur res immobilis æstimata, & pecunia cum reb. mobilibus, potest seruari forma prædicta. Sed nihilominus põt etiã alius seruari modus, qui mihi nõ minus, sed magis prędicto, placet, facies. n. duo instrumẽta, vnũ. s. solo traditione rei immobilis æstimatæ, qđ incipies scđm quod incipit pdictum instrm, & continuabis per totũ vsq; ad locum, ibi dicitur. Item dictus D. & ibi terminabis instrumentum, & pones subsequenter lo

cum,

cum,& testes.Et hoc instrumentũ erit viri, vel accipiẽtis rem.Et postea facies instrumentum dotale pro vxore,siue pro eo,qui dotem dat hoc modo.

Dotis confessio.

DAmianus fuit contentus, & cõfessus se habuisse, & recepisse,ac sibi integre datas,solutas,& traditas eẽ a d.R.eius sponsa. & vxore in dotem , & noïe dotes cc. & x.lib.bo.hoc modo.f.cl.lib. bo.in vna petia terra aratoriæ posita in curia sancti Rophilli æstimata ipsa quantitate, c.lib.bo. Quam petiam terræ dicta dña R. ipsi Damiano æstimatam,vt dictum est,tradidit,vt patet in instr̃o scripto manu mei not. suprascripti. Reliquas vero lx.lib. in pecunia,& rebus mobilib. æstimatis , exceptioni sibi nõ datæ,& non solutæ,& non traditæ quantitatis pecuniæ, & rerum mobilium,siue dotis omnino renuncians. Nec non promittens per se,& suos hære. dictæ d. F. pro se, & sui hære. stip.soluere,dare, ac restituere eidem , aut eius hære.siue cui ius,& casus dederit ipsas ccx.lib.bo.in omnem casum,& euentum restituendæ doti . Restituendo prædictam dictæ petiæ terræ æstimationem , aut ipsam petiam tunc tp̃is eius vel eum penes hæredes fuerit , ita tñ,quod in optione sit ipsius dñæ F.vel eius hæredum,siue illius,cui de iure restituenda fuerit dos prædicta.recipere alterum , quod maluerit prædictorum æstimationem,videlicet aut terram,sub pęna dupli dictę quantitatis pecuniæ stip. promis.qua soluta,vel nõ prædicta omnia,& sin.firma perdurent,item reficere, & restituere sibi omnia,sin.damna,& expensas, ac interesse litis, extra, pro quibus omnibus firmiter obseruandis obligauit eidem omnia sua bona.Quod vero dictum est supra,de restituenda æstimatione , vel re intelligas ponendum esse in instr̃o si expressim inter partes agetur. Alioquin prætermittas illam clausulam promittens.

Dos constituta in pecunia , & rebus mobilibus.

ANtonius fuit confessus,& contẽtus, se habuisse, & re-

recepisse, ac sibi integre datas, solutas, & numeratas & traditas esse a dño Ar.dãte, & soluẽte dotis noĩe & ꝓ dote dñæ M.eius filiæ ipsi A. ex mrĩmonio copulatæ. c.lib. bo. inter denarios & res mobiles estrematas dicta d.M. nondũ tradita viro, sed adhuc in dote pris sui existẽte, exceptioni sibi nõ datæ, & nõ solutæ, & nõ traditæ quantitatis pecuniæ, & rerũ mobiliũ, siue dotis & omni alij auxilio oĩno renuntians. Necnon promittens per se, & suos hær.dicto d.Ar.pro se & suis hær. stip.soluere, dare, & restituere eidem d.M. siue ipsorum hær. aut. cui ius, & casus dederit dictas c.lib.bo. in omnem euentum restituẽdæ dotis sub pena dupli dictę quantitatis stip. promissa, qua soluta, vel non rata maneant oĩa, & sing. suprascripta, vel infrascripta. Item reficere & restituere sibi oĩa, & sing. damna, & expẽsas, ac interesse litis & extra, pro quibus omnibus & singulis firmiter obseruandis obligauit eidem omnia sua bona tam habita, quam habenda.

Dos, si voluerint partes exprimatur in instrumento, faciendo mentionem, quanta sit quantitas in pannis & rebus mobilibus.

ANtonius fuit contentus, & confessus se habuisse & recepisse a d.F. eius sponsa, & vxore in dotem, & nomine dotis c.lib. bono. hoc modo. s.35. lib.bon. in lecto, & linteaminibus, & alijs pannis lineis, & rebus mobilibus, & alias 25. lib. in nouem brachijs panni de hypra viridis, & vno pilloto de flauchis pro vestibus ipsius d.M. Reliquas vero in pecunia numerata exceptioni sibi non datæ & nõ traditę quantitatis pecuniæ, & rerum mobilium siue dotis secundum prædictum modum, & omni alij auxilio omnino renuncians. Necnõ promittens per se, & suos hę. dictæ d.M. pro se & suis hęred. stip. soluere, dare, & restituere idem aut eius hęredibus, siue cui ius & casus dederit ipsas c.lib.bon. &c. vt supra in proximo instrumento. No. quòd in his instrumentis huiusmodi pactum aliquando interuenire solet, videlicet cum vir non habeat, vel possideat immobilia, agitur, quòd ipse idem

idem vir ad certum tempus emat aliquam possessionem siue rem immobilē certi precij, quę hypothecata sit uxori pro dote, quod si interuenerit, ita scribes. Ponas enim totum instrumentum per ordinem, ut superius continetur, postquam dixeris, obligauit eidem omnia sua bona tam habita quā habenda, subsequenter dices, item d. An. ut ipsi d. M. tutius caueatur, et ut ipsa tutiorem pro dote sua habeat hypothecam, pacto promisit, et conuenit eidem d. M. pro se et suis hę. sti. se hinc ad vnū annum in ciuitate, uel districtu bo. aliquam pos. precij. c. lib. bon. emptorum, quę ipsi uxori siue hypothecata, et obligata sit pro dote prædicta, tamen quòd ipsa spōsalis obligatio dictę poss. emendę prædictæ non deroget generali, et propter ipsam sponsalem a generali hypotheca omnium suorum bonorum ipsius A. ideo non recedat. Sed in ipsa speciali re, et in omnibus bonis ipsius A. tam habitis quam habendis ius suum hypothecarū saluum sit, et integre reseruatum. Sub pœna. c. lib. bo. stip. promis. refectione damnorum et expēsarum litis et extra, et oblatione omnium suorum bo. et pęna soluta vel non prædicta omnia firma perdurent. Item not. quòd licet fideius. uel mandatores dotium dari prohibitum sit, adeo ut uideatur neminem in fideius. posse rationabiliter obligari, etiam quocunque renunciet. Potes tamen si daturus fuerit huiusmodi fideiussor, aliam adhibere cautelam, uidelicet, quod facies eum unà cum principali dotem recipere, et ambos sicut duos reos debendi in instrumēto insolidum obligari renunciationibus debitis appositis subsequenter hoc modo.

Dotis confessio.

ANtonius filius. q. Boetij, et Andreas filius. q. Philippi fuerunt confessi et contenti, atq; asseruerunt se habuisse et recepisse, ac sibi integre datas solutas et numeratas, et traditas esse a Cor. dante, et soluente dotis nomine et pro dote d. M. sororis eius sponsæ, et uxoris ipsius A. inter dęnarios et res mobiles æstimatas. c. lib. bo. exceptioni sibi datę non solutæ et non numeratæ, atque

quæ non traditę quantitatis pecunię & rerum mobiliū, siue dotis omnino renunciantes. Nec non promittentes per se,& eorum hę.unuquisque eorum hę.unusquisque eorum principaliter,& insolidum se obligãdo dicto Co. pro se, & suis hę. stip. soluere dare ac restituere eidem, aut ipsi dominę M.uel eorum hę.aut cuius, & casus dederit,ipsas.c.lib. bon. in omnem euentum restituendæ dotis.Sub pœna duplici dictæ quantitatis pecuniæ,stip. promissa,& retectione dãnorum, & expensarum litis, & extra,& obligatioue omnium suorū bonorum,& pęna soluta uel non prædicta omnia & sin.firma perdurēt. Renunciãtes nouarum constitutionum,& epistolę diui Adriani beneficio exceptioni doli, conditioni siue causa factum actioni,& omni alij auxilio.

Augumentum Dotis.

ANtonius fuit cõfessus.& contentus, atque asseruit, se habuisse, & recepisse, ac sibi integre datas solutas & numeratas esse a d.M.eius uxore in augumentū,& nomine augumēti dotis suæ.l.lib.bo.quæ ad ipsam *d.M.* siue ad dictū Ant.pro ea peruenerunt ex precio *quarundã* possessionū.q.d.Ar.patris eius, sibi iure *institutionis* relictarum ab ipso patre suo in ipsius testamēto scripto manu talis nota,exceptioni sibi non datæ,non solum.atque non habitæ quãtitatis pecuniæ in augumentum, & nomine augumentis dotis prædictę,& omni alij auxilio omnino renuncians. Nec non promittens per se,& suos hæ.dictæ d.M.pro se,& suis hę.stip. soluere,dare, ac restituere eidem,siue eius he.aut cuiius,& casus dederit, ipsas.l. lib. bo.in omnem euentum restituendę dotis, sub tali pęna &c. Nos ergo in instrumento augumentis dotis necessarium esse assignare causam unde peruenerit pecuniam in augumentum dotis data. Nam alias esse præsumitur de bonis uiri,& contractus huiusmodi fieri in præiudicio creditorum,no. tamen quòd prima dotis constitutio ante matrimonium, & constante matrimonio fieri potest, sed post primam dotis constitutionem nõ potest iterum constitui dos, sed augumentum dotis,

Donatio

Donatio propter nuptias.

ANtonius ex causa donationis propter nup. de. & do. M. sponsæ & uxori suæ pro se, & omnib. suis & dicti A. communibus filijs recipienti medietatem insup & quartam partem omnium suorũ bo. mobilium p̃sentum & futurorum ad haben. te. pos. & quicquid sibi, & dictis communibus eorum filijs deinceps placuerit faciendum. Promittens ipsi d. M. pro se, & dictis cõibus eorum filius sti. prædictam donationẽ propter nup. firmã & ratam ha. & te. & nõ contrafa. uel ue. aliqua ratione. uel causa de iure uel de facto pe. c. lib. bo. sti. promis. & refectione dãnorũ, & expẽ. litis & extra, & obligatione oĩum suorũ bo. & pęna soluta uel non, prædicta oĩa & sing. firma perdurent. Verũ tñ no. q̃ instrumentũ prædictum in ciuitate bo. a consuetudine tẽporis nostri abolitũ esse dignoscitur, sed ipsius donationis recta natura est tantundẽ donare, quãtum datum in dotẽ. Et dicitur hęc donatio iure lombardo, Morganica præ. & ẽt secũdũ diuersos locorũ mores diuersis cõnectitur pactis, & diuersis nominibus appellatur. Tu aũt cũ fueris Romæ romano uiuito more. Itẽ debes scire, quòd istius donationis uirtus illico, restitutis dotibus euanescit Præterea not. quòd dos cõstãte matrimonio, restitui non põt, nisi in certis casibus, de quibus nihil ad pręsẽs. Licet uergẽte uiro ad inopiã, uel si de restituẽda dote promisit, possit mulier petere, & exigere de bonis sibi hypothecatis insolutum pro dote sua auc. cõis. Quo habito a cæterorũ bonorum hypotheca recessit, eo tñ, quòd insolitum acceperit a uiro pro iure usus fructus obligato, quandiu constiterit matrimonium nihilominus eo remanẽte. Itẽ non est pręetereũdum, quòd aliq̃ñ cõtingit patrem filiũ a se emancipare, & dotem uxoris filij quam ipse pater receperat, dicto filio suo consignauit. Debet enim mulier sollicite sibi cauere, ne dotem ipsam recipiat, & socerum absoluat, uel a prima obligatione, seu a primo obligato recedat. Quod etiam si faceret non ualeret, quia efficeretur conditio dotis pei[illegible], Agetur tamen

inter

inter patrem & filium emancipatum uel faciendo, & curando, quòd uxor non mouebit socero ulterius litem de dote. Quod instrumentum ita scribes.

Restitutio dotis filio emancipato.

CVm Dominus Boetius An. eius filium a se emãcipauerit, ut patet in instrumento scripto manu talis notarij, & idẽ Anto. moretur uel moraturus sit cũ d. M. eius uxore, & filijs suis seorsum a patre, quia ęquum est ut dos, quæ fuit pro sustinendis matrimonij oneribus constituta, ad illũ perueniat, qui matrimonij onus portat, idem dominus Boetius coram me not. & testibus infra scriptis dedit, & soluit ipsi Anto. filio suo a se emancipato. c. lib. bo. quas recepit & habuit dotis nomine, & pro dote ipsius d. M. tempore contracti matrimonij inter ipsam. & An. supradictum. Qui An. dictam pecuniam ab ipso patre suo ibidem in præsenti recipiens, & confitens, & asserens tantam esse quantitatem promisit per se, & suos hę. dicto d. Boe. pro se, & suis hę. stip. onus ipsius matrimonij sustinere. & dictę eius uxori, & filijs de cętero alimenta pręstare, & facturum & curaturũ omni exceptione remota, quòd dicta d. M. uel eius hęre. aut aliquis alius ad quem spectat ipsarũ dotium restitutio, dotẽ ipsam aliquo tempore, uel casu ab ipso uel eius hę. non petent. Et quòd lis, uel quęstio ei uel eius hęre. ipsarum dotium, uel alimentorum occasione ullo tempore non mouebitur, uel inferetur ab aliquo, de iure, uel de facto. Quod si fieret, & propterea idem d. Boe. damnum aliquod sustineret, conseruabit eum indemnem & quòd ipse idem A. prædictã solutionem, & omnia & singu. suprascripta perpetuo firma & rata habebit & tene. & obserua. & non contraueniet per se uel alium aliqua causa uel ingenio de iure uel de facto. Sub pena dupli dictæ summę pecunię sti. promis. & refectione damnorum & expensarum litis & extra, & obligatione omnium suorum bonorum, & pęna solu. uel non, prædicta omnia & sin. firma perdurent.

Sponsali.

Sponsalia & matrimonia in futurum contrahen.

ANtonius cõtraxit, concessit & desti. Cor. Lo. eius filiam in futuram sponsam, & vxorem Io. filij ipsius Co. Promittens p se, & suos hære. dicto Co. pro se, & suis hære. stip. se facturum, & curaturum omni exceptione remota, quod d. Lo. eius filia contrahet sponsalia, & matrimonium cum dicto Io. tempore legitimo, seu cum ipsa sponsalia, & mrimonium cõtrahi, & compleri poterit & se soluturũ, & daturum eidem Cor. dotis nomine, & pro dote ipsius Lo. tempore cõtracti matrimonij. c. lib. bo. inter denarios, & conuenientem mobilem, pro quibus sponsalijs, & matrimonio, vt dictum est, contrahen. & prædictis omnibus, & sin. obser. & adimplendis, idem An. constituit, ipsi Cor. arras sponsalitias. Et eidem sponsalitiarum arratum nomine obligauit vnam domũ sitã in tali cõtrata, intra tales confines, constituens se dictam domum tãquam arras, & arrarum nomine ipsorum spõsaliorum, & matrimonij contrahendi pro ipso Cor. & eius nomine possidere. & volens & concedens, quod si per eum, aut per dictam Lo. staret quo minus dicta sponsalitia, & matrimonium compleretur, & fieret, quum fieri, & compleri legitimè poterit, cedat dicta domus lucro ipsi Co. & eam accipere ac pos. eiusdem sua auct. ingredi possit, & ex ea tanquam verus dominus facere q̃cquid velit, versa vice dictus Cor. contraxit, concessit, & destinauit dicto An. prędictum Io. eius filium in futurũ sponsum, & virum dictę Lo. filię eiusdem An. promittẽs per se, & suos hære. dicto An. pro se, & suis hæred. stip. se facturũ, & curaturũ oĩ exceptione remota, quod dictus Io. eius filius contrahet sponsalitia, & matrimonium cũ dicto Lo. t̃pe legitimo, seu cũ ipsa sponsalitia, & mrimonium contrahi poterit, & compleri. Et quod ipse Cor. tẽpore matrimonij contrahendi, solutis sibi dictis. c. li. bo. dotis nomine, & pro dote ipsius Lo. faciet dicto An. instrumentum dotale secundum ius, & consuetudinem ciuitatis bo. Pro quibus sponsalibus, & matrimonio, vt dictum est contrahendis, & prædictis omnibus, & singulis

a se Cor. promissis obseruandis, & adimplendis, idē Con. constituit ipsi An. arras sponsalitiarum nomine obligauit vnam petiam terrę aratoriæ positam in tali loco, intra tales confines &c. Constituens se dictam petiam terræ tanquam arras, & arrarum nomine ipsorum sponsaliorum, & matrimonij contrahēdi pro ipso Ant. & eius nomine possidere. Et volens, & concedens, quod si per eum, aut dictum Ioan. staret, quo minus dicta sponsalitia, & matrimonium completentur, & fierent, quum fieri, & compleri poterint, legitime cedat ipsa petia terrę lucro ipsi A. & eam accipere, ac possess. eiusdem sua auct. ingredi possit, & ex ea tanquam verus dominus facere quicquid velit. Quæ omnia, & sin. suprascripta promisit vna pars alteri ad inuicem solemni stip. hincinde interuenientib. firma & rata habere, & te, obseruare, & adimplere, & non contrafacere, vel venire per se, uel alios, aliqua causa vel ingenio de iure, vel de facto, sub pęna cc. lib. bo. stip. ad inuicem inter ipsos in sing. cap. huius contractus insolidum promissa, qua soluta, vel non, prędicta omnia, & sing. firma perdurent. Item reficere, & restituere una pars alteri adinuicem omnia & sin. damna & expensas ac interesse litis, & extra. Pro quibus omnibus, & singu. firmiter obseruandis obligauit una pars alteri adinuicem omnia sua bona.

TERTIVM CAP. INCIPIT, IN QVO *infrascripti continentur tituli, videlicet.*

LICET ex mutuo commodato, deposito, & de his quę mercandi, seu negociandi causa, aut ee precio, quod deberetur ad tempus, multi procedant cōtractus, uarij, et diuersi, quia tamen sub uno, et communi nomine crediti, V. vel debiti concluduntur, ideo de omnibus his secundum ordinē, de quolibet in hoc tertio c. est uidendum. verum ne con

tra

tra me ipsum opponam, posterius ve mihi, quia tacui, & quia conscientia pungor, hic nequaquam silentio præterire, illis dico tabellionibus, qui hæc ignorant, aut quod peius est, qui fingunt se, uel simulant ignorare, quod mutuum a diuina prouidentia pia, & sancta causa procedit, uidelicet ut illi penes quos temporalē substantiam dominus commodauit, quemadmodū in cæteris misericordiæ operibus, sic in mutuo ad tempus agentibus proximis subuenirent. Veruntamen fœneratores hanc piam causam in impiam conuertētes, & retorquentes in mortis, & damnationis eorum, cū illud Dei tempora, & temporum momenta hominibus ęque pauperibus, & diuitibus & animalibus communia, uniuersis, ut propria uendunt fertim sub quodā pię subuētionis intuitu, uel aīæ cōmittens, igitur cū nemo ambigat, & ēt ipsi ijdem inficiari nō audeant, hoc mortale fore peccatum sicut qui homicidę, adultero. uel latroni circa ipsa scelera scienter aliquod opus præstant, uni, eiusdemque culpæ obligat se ad pęnam. Sic tabellio proprijs manibus illud conficiens instrumentum, in quo dictat sibi conscientiam, pactum fœneratitium contineri, vno, eodemque mortali peccato reddit vsurario se consortem, & acquirit miser tabellio, nescio quales 12. denarios, uel quid modicum, ęternam obligans se ad mortē, fugiant, ergo tabelliones sicut pestem mortiferam hos contractus nequaquam puritatem artis huius, uel proprias animas peccato huiusmodi aliquibus infidelitate aliqua maculantes. Absit qui hos super mutuo contractus in fœneratorum cautelam, uel auxilium scripsisset, sed quoniam sunt principium artis, & membrum, & possunt sine Dei offensa inter eos, qui fideliter contrahunt, operari, non enim in arte peccatum est, sed malos operarios abusus, & subuersio artis sedat.

Mutuum debitoris unius, & unius creditoris super modica quantitate.

ANtonius filius q. Boetii confessus, & contentus,

se ex causa mutui habuisse, & recepisse a Cora. q. Titij. 9. lib. bo. promittens per se, & suos hær. sine exceptione iuris uel facti se obligando dicto Co. pro se, & suis hære. sti. soluere dare, & restituere eidem, aut certo eius nuncio dictam quantitatem pecuniæ hinc ad vnũ annũ proximum in ciuitate bo. Quod si dictis loco, & termino nõ soluerit, & non obseruauerit, ut dictum est, promisit eidem soluere, atque dare duplum ipsius quantitatis pecuniæ nomine pœnæ stip. in sin. capitulis huius contractus insolidum promissa, qua soluta, vel nõ, rata maneãt omnia, & sin. suprascripta, & nihilominus sortem, & pœnam ubicunque locorum, & fori, si creditor petierit ab eodem, & specialiter tempore fori Maij, & Augusti de bo. & in ipsis foris, se iutegre. soluturum. Item reficere, & restituere sibi omnia, & sin. damna, & expensas, ac interesse litis, & extra, & de his credere suo simplici uerbo sine sacramento, uel alia probatione. Pro quibus omnibus, & sin. firmiter obseruandis, obligauit eidem omnia sua bona. Renuncians priuilegio fori, & exceptioni sibi nõ datæ, & mutuo acceptæ pecuniæ, & oi alii auxilio.

Mutuum duorum debitorum, & unius creditori.

ANtonius & Phi. fuerunt confessi, & cõtẽti se ex causa mutus habuisse, & recepisse, ac sibi integre, & nõ spe futuræ numerationis, & traditionis datas, solutas, & numeratas esse a Cor. q. Titij. 10. lib. bo. promittentes per se & eorum hær. unusquisque ipsorum principaliter, & insolidum, sine aliqua exceptione iuris uel facti se obligando dicto Cor. pro se, & suis hære. sti. soluere, dare, ac restituere eidem aut eius certo nuncio dictam pecuniæ quantitatem, hinc ad sex menses proximos in ciuitate bo. quod si dictis loco, & termino non soluerint, & omnia, & singula in hoc contractu contenta non obseruauerint, promiserunt se, ut dictum est, principaliter, & in solidum obligantes eidem persoluere, atque dare duplũ ipsius pecuniæ quantitatis pœnæ nomine stip. in sing. capitulis

pitulis huius contractus insolidũ promisse, qua soluta, uel non, rata maneant omnia, & sing. suprascri. & infrascri. & nihilominus sortem, & pœnam ubicunque locorum & fori, si creditor petierit ab eis, aut aliquo eorum, & specialiter tempore fori Maij, & Aug. de bo. & ipsi foris se integre soluturus. Item reficere, & restituere sibi omnia, & sing. damna, & expẽ. ac interesse, quod vel quas fecerit, vel substinuerit in iudicio siue extra pro ipsa pecunia exigẽda, & de his credere suo simplici uerbo sine sacramento, vel alia probatione, præterea, promiserunt insolidũ præceptũ recipere a cõi bo. hinc ad tertiam diẽ de dicta pecunia ad dictum terminum soluenda sub pœna. 10. lib. stip. promissa, quia soluta, uel non prædicta firma, & rata perdurent. Pro quibus omnibus firmiter obseruandis obligauerunt eidem omnia eorum bona. Renunciantes fori priuilegio nouarum cõstitutionum, & epistolæ diui Adriani, beneficio exceptioni, doli conditioni sine causa in factum actioni sibi nõ datę, & nõ mutuo acceptę pecuniæ, & omni alij auxilio.

Mutuum solemne duorum debitorum, & duorum creditorum diuersis fulcitum pactis.

ANtonius & Phi. promiserunt per se, & eorum hæredes unusquisque ipsorum principaliter, & insolidũ sine aliqua exceptione iuris, vel facti se obligãdo Cor. & An. pro se, & eorum hære. stip. & quilibet eorum insolidum possit hoc debitum petere, exigere, ac recipere cum effectu, uni tamen eorum facta solutione, ab alio liberetur, soluere, dare, ac restituere, eis aut alteri eorum, vel eorum certo nuncio. c. lib. bo. hinc ad unum annum proximum in ciuitate bo. Quam pecuniæ quantitatem confessi, & contenti fuerunt ab ipsis Cor. & An. ex causa mutui habuisse, & recepisse. Recipientes etiam dictam pecuniam ab ipsis ibidem, & in præsenti, prout confessi fuerunt, tantam esse quãtitatem Volentes, & paciscentes ꝙ si aliquis eorum partem debiti in iudicio, uel extra exegerit, uel receperit ab altero debitorum, non ideo minus possit ipsum eundem debitorem, & etiã alium,

quem eorum maluerit,ad residuum debiti ipsius princi paliter,& insolidum conuenire.Et promittentes non dicere non opponere dictã pecuniæ quantitatē non integre fore acceptam,datam,solutam,& numeratam, & in ipsorum vtilitatem conuersam,& non probare solutionem,aut liberationem huius debiti fore factam,nisi per hoc instrumentũ incisum,uel cancellatum,aut per aliud legalis,& bonę famæ tabellonis manu confectum, & nõ petere libellum ipsius debiti,neç nõ exēplũ huius instrumēti & specialiter ipse phi.nõ dicere,vel opponere,quod cum minori uel pro minori.s.ipso An.fuerit obligatus, certificatus,& sciens ipsum minorem esse, & ipsi ambo nullam aliam contrariam exceptionē uel defensionē,seu negociationem iuris uel facti specialē, uel generalē cõtra hũc contractũ, seu contra aliquod prædictorũ, uel infrascriptorum in aliquo facere,uel opponere,quominus principaliter,& insolidũ teneantur ad solutionē dicti debiti in dicto termino faciendã,& ad oīa,& sin. in hoc cõtractu cōtēta plenius obseruanda, efficaciter teneãtur, sed omnia & sin.in hoc contractu suprascripta firma, & rata habe.& te.obseruare.et adimplere, & non contrafa. uel ue.aliqua ratione,uel causa, de iure, uel de facto. Quod si dictis loco,& termino non soluerint, & omnia, & sin. in hoc contractu contenta non obseruauerint,aut in aliquo contrauenerint,promiserunt se ut dictum est, principaliter,& insolidum obligando eisdem creditoribus stip.ut dictum est eis persoluere, atque dare duplũ ipsius quantitatis pecuniæ,pœnę nomine stip.in fin.cap. huius contractus insolidũ promissæ, quæ totiens cõmittatur,& exigi possit in sin.ca.quoties cõtrafactum fuerit,& pœna soluta, uel nõ,rata maneant omnia,& sing. suprascri.& infrascri. & nihilominus sortem,& pœnam ubicũque locorum,& terrarũ, & in quocunque foro, & mercato,si credi. uel alter eorũ petierit ab eis debitorib. aut ab altero eorundem se integre soluturos, in quibus locis,mercatis,& foris,& quem uoluerint ipsorum, & sub quocũque iudice maluerint,possint ex pacto ipsos debitores,& quēlibet eorũ insolidũ ad solutionem dicti debiti fa-

ti faciēdam in dicto termino,& ad omnia,& sing.in hoc contractu contēta efficaciter obseruanda,realiter, & per sonaliter conuenire. Insuper reficere, & restituere sibi omnia,& sing.damna,& expensas ac interesse, quod uel quas fecerint, uel substinuerint in iudicio siue extra, uel alias quocunq; modo pro ipsa pecunia exigenda, & de his credere suo simplici uerbo, siue sacramento, uel alia probatione aut alicuius causæ recognitione, Insuper promiserunt insolidum pręceptū recipere a cōi bo. hinc ad tertiam diem de dicta pecunia soluenda in prædicto termino. Sub pœna xxv.lib.bo.stip.promissa, qua soluta uel non,rata maneant prædicta. Quod præceptum ad dictum terminum recipi iidem creditores ibidē,& in præsenti denunciauerunt debitoribus antedictis. Pro quibus omnibus,& sin.firmiter obseruandis, & adimplēdis obligauerunt debitores præfati dictis creditoribus omnia eorum bona quæ pręcario iure se ipsorū nōie,& pro eis possidere constituerunt, usq; ad integrā solutionem dicti debiti,& satisfactionē omnium prædictorum.Ita quod a termino in antea, si tunc solutio facta non fuerit, liceat ex pacto ipsis creditoribus, & cuiq; ipsorum propria auctorita.sine curiæ proclamatione, aut aliqua denunciatione, uel aliquo præiudicio dictorum bonorum,& quorum ex eis voluerint ingredi possessionem & eam accipere, uendere & alienare, alij obligare, & apud se pro iusto pretio retinere, & se indemnes conseruare. tam de pęna.dānis, & expensis,quam de sorte, sine omni occasione legum,iuris & usus,renunciauerunt aūt debitores pręfati fori priuilegio nouarum constitutionum, & epistolę diui Adriani, beneficio exceptioni doli, con ditioni sine causa,in factum, actioni, & exceptioni sibi non datę, & non mutuo acceptę pecunię, & omni alij auxilio.Insuper dictus A. quia minor erat. xxv. an. maior tamen 14.iurauit Cor.ad sancta dei euangelia, nullā restitutionem impetrare contra prædictam, uel aliquod prædictorū, pretextu minoris ętatis, uel cuiusq; alterius rōnis, vel causæ. Ad hæc d. M. ipsius An. uxor prædictis oībus præsens prędictę obligationi ab ipso uiro suo fa-

ctæ cõsensit, et certificata per me no. infrascriptũ ipsa bona a dicto uiro suo obligata eisdẽ creditoribus sibi esse hypothecata pro dotibus suis. Renunciauit omni suo iuri hypothecarum, et cuilibet aliquod habeat, vel habere poterat occasione dotium suarum, in dictis bonis obligatis, ut hypotheca sua non obstante prædicta ipsis creditoribus obligatio pleno iure usque ad satisfactionem prædictorum omniũ præferatur, dictũ suum ius ipsius creditoribus pacto remittens. Necnõ promittens per se, et suos hære. eiusdem creditoribus sti. ut dictum est, nõ præferre ius suum iuri eorum in prædictis bonis obligatis, eo quod sit prior tempore, aut potior iure, siue alia quacũque ratione, uel causa. Sed prędicta omnia, et sin. firma, et rata ha. te. et non contrafacere, uel uc. aliqua ratione, de iure, vel de facto, sub pęna dupli, dicti debiti sti. promis. et refe. damnorũ et expen. litis, et extra, et ab omnium suorum bonorum, et pœna so. uel non etc.

Mutuo si detur fideiussor, qui principalem se obliget, quem quidem uelint partes exprimi.

ANt. fuit confessus, et contẽtus, se ex causa mutui habuisse, et recepisse, ac sibi integre datas solu. et numera, esse a Cor. q. Titij. xx. li. bo. exceptioni sibi nõ datę, nõ mutuo acceptæ omnino renuncians, quapropter dictus A. et ipsius precibus, et mãdatis Phi. se principalẽ cõstitues, promiserunt per se, et eorum hære. unusquisque ipsorum principaliter, et insolidũ, sine aliqua excep. iuris, uel fa. se obligando. Co. pro se, et suis hære. sti. dare, soluere, ac restituere eidem, aut eius hære, uel suo certo nuncio dictam pecuniæ quantitatem in foro reni, mensis Augu. de bo. proximo uenturo, uel eo tẽpore bo. si forum non fieret, quod si dicto termino nõ soluerint etc. continuando secũdũ aliq̃ p̃dictorum cõtractuũ mutui.

Mutuum contractum a communi, uel uniuersitate.

DOminus Ricardus de uilla potestas bon. et dominus Arrardus

Atrardus massarius, & d. Iac. & Ro. procuratores communis bo. de consensu uoluntate, licentia, & mandato consilii generalis, & spiritualis dicti communis ad sonū campanarum, & uoce præconia, ut moris est, in palatio eiusdem communis, ad hoc specialiter congregati. Nec non omnium, & sin. in ipso consilio existentium, mandantium, & volentium hoc debitum contrahi, & presens instrumentum fieri vllo statuto, seu statuti capitulo nō obstante, ac etiam ipsi oēs & sin. in eodem consilio existētes promiserunt solēniter unusquisq; eorū principaliter & insolidum pro se ipsi, & eorum successoribus, uice, & nomine cōmunis bo. sine aliqua exceptione iuris; vel facti se obligando Cor. pro se & suis hære. stip. soluere, & dare, ac restituere eidem, aut certo eius nuntio, mille lib. bo. hinc ad unum annum proxime uēturum in ciuitate bo. Quam pecunię quātitatem dicti potestas, Massarius, Procuratores, cōsilium, & omnes & singu. in ipso consilio existentes confessi, & contenti fuerunt, atque asseruerūt, se uice, & noie cōis b. & pro ipso cōi ab ipso Co. ex causa mutui habuisse recepisse, ac eis integre & in ueritate spe futurę numerationis datam, solutam, & numeratam esse, & in ipsius communis necessariā, & vtilem causam, & cōmodum spāliter conuertenda. s. satisfactionem, & solutionē talium debitorum, ad quem idem, cōe tali creditori tenebatur, siue iam expensis, vel occasione expensarum operis clausę reni, aut in solutionem solidi talium militum destinatorum pro cōi bo. ad talem locum, obligantes principaliter, & insolidū seipsos, & eorum successores, uice & nomine cōis bo. & ipsum cōem, vt tā ipse potestas, quā alter, q ad regimē ciuitatis eiusdē est, in posterum habiturus. & tam ipse Massarius, Procuratores, & consiliū, quam alij, qui in eisdem officijs loco successerint eorundē, principaliter, & insolidū ad solutionē dicti debiti in dicto termino faciendā, & ad omnia & singula facienda, & in hoc contractu contenta plenius obseruanda efficaciter teneātur. Et ut ipse creditor ex pacto possit, fori, priuilegio non obstante tam prædictos, quā eorum successores, & quēlibet eorum

rum

rum insolidum, & quē primo uoluerit, uice, & nomine cōis & ipsum cōmune ubiq; locorū, atq; terrarum & in omni foro, & mercato, & sub quocūq; iudice tam ecclesiastico, quam seculari, & omni curia, & præsertim in curia Rom. & per literas apostolicas, & rescripta ad solutionē ipsius debiti, & ad omnia, & sin. in hoc contractu contēta realiter, & personaliter cōuenire, non obstante, nec præiudicāre creditori pręfato, ut si ipsius partem debiti in iudicio, uel extra exegerit, uel receperit ab altero debitorum non ideo minus possit idipsum eundē debitorem, & etiam reliquos, & quem ipsorum uoluerit, ad residuum ipsius debiti principaliter, & *insolidū* cōuenire. Nec non promittēs solēni sti. *creditori prefato non di*cere, uel opponere, dictam pecuniā non integre *s*ore acceptā, & datam, solutam, numeratā, & prædictā in ipsius cōis causam, & utilitatem cōuersam, siue quod indebite, aut sine causa, uel cōi seu alieno facto fuerint obligati, & nō petere libellū dicti debiti, aut huius instrumēti exēplum nō probare solutionē, aut liberationem, huius debiti, fore factā nisi per hoc instrumentū incisum, uel cancellatum aut per aliud legalis, & bonę famæ tabellionis manu cōfectū. Et nō detinere pecuniam supradictā, aut partem eius, uel quod ex ea ultra dictū terminum cōtra uoluntatem creditoris, aliqua rōne, uel causa, & nullo tēpore per se, uel alium contra ipsum creditorem, uel eius hære. occasione ipsius debiti impetrare, aut impetrari, uel obtineri facere aliquas apostolicas literas, uel rescriptū. Et illis uel illo, aut aliquo tā impetrato, quā impetrando nō uti, nec uti facere, & litē aliquam, uel controuersiam ei, uel eius hęre. inde in perpetuum non mouere, & nullam contrariam exceptionem, uel defensionē, seu negationem iuris, uel facti spālem, uel generalē contra aliquod prædictorum, vel infrascriptorum in aliquo facere, vel opponere, quo minus principaliter, & insolidū ad solutionē dicti debiti in dicto termino faciendā, & ad omnia & sin. in contractu contenta plenius obseruanda efficaciter teneatur. Et quoniam uoluerunt debitores præfati prædicta, & infrascripta omnia, & sing.

non

non solum ex harum solemniũ promissionũ, aut ipsius instrumenti uigore, uerum etiã ex debito legis, municipali iuramento firmatę, solenniter obseruari. Idem potestas, et ipsum consiliũ, nullo contradicente, statuerũt et ordinauerunt præcise, prædictam pecuniæ quantitatem integrè dicto creditori ex termino supradicto per cõmune bon. et de ipsius cõis pecunia restitui, et persolui, et ipsum commune ad eãdem quantitatẽ, ut dictum est, soluendã et ad omnia, et sin. in hoc contractu contenta obseruãda, & adimplenda pręcise teneri, decernentes hoc statutum adeo fore pręcisum, et tam prædictum potestatem quam futurum, et tã pręsens consiliũ quam succedens ad illud præcise teneri. Et quod nulla absolutio peti, aut per consilium, uel per occasionem communis bo. dari possit, et quod ipsum irritari, uel renouari, aut ex eo quicquam diminui, uel cancellari possit. Promittens solenni stip. se ut dictum est, insolidum obligãdo, hoc statutum in libris statutorum communis bono. anni pręsentis cras per totam diem, et in libris statutorum anni futuri. cum ipsa statuta fient, postea scribi et inferri facere diligenter, ut potestas, et consilium anni futuri, et commune bon. iurent, et pręcise teneãtur ad illud. Quę omnia, et sing. suprascripta, et infrascripta idem Potestas, Massarius, Procuratores, consilium et omnes, sing. in dicto consilio existstentes, se ut dictum est, principaliter, et insolidum, uice, et nomine communis bonon. obligando promiserunt dicto creditori stipula. ut dictum est, firma et rata habere, et tene. obseruare, et adimplere, et non contrafaçere, uel uenire per se, uel alios aliqua ratione, uel causa, de iure, uel de facto. Quod si non soluerint pręd ictis loco, et termino, ut dictum est, omnia singu. snprascripa, et infrascripta non obseruauerint, aut in aliquo conuenerint, promiserunt, ut dictum est, se obligando insolidum, eidem creditori persoluere, atq; dare duplum ipsius quantitatis pecuniæ pęnę, nomine stip. in sing. capitulis huius contractus insolidũ promissę, quotiẽs cõmittitur, exigi possit, quotiens contrafactum fuerit, et pęna

na

na soluta, vel non, rata maneant omnia, & sin. supra scripta, & infrascripta. Et nihilominus sorte, & pęnam ubicunq; locorũ, & fori, si creditor petierit ab eis, se integre soluturos. Item reficere, & restituere sibi omnia, & sing. dãna, & expensas, ac interesse, quod uel quas feceris, uel sustinuerit in iudicio, uel extra pro ipsa pecunia exigenda. Et de his credere suo simplici verbo sine sacramento, uel alia probatione, aut alicuius causæ recognitione. Pro quibus omnibus, & sin. firmiter obseruandis, & adimplendis, obligauerunt vice, & nomine dicti cõmunis, si creditori omnia bona dicti cõis quę ipsũ commune precario iure pro ipso creditore, & eius nomine possidere constituerunt, vsq; ad integram solutionem dicti debiti, & satisfactionem omniũ prædictorũ, ita quod a dicto termino in antea, si tũ solutio dicti debiti ei facta non fuerit, possit eidem creditor ex pacto sua auct. sine denunciatione, aut curię proclamatione, uel aliquo præiudicio dictorum bonorũ, & quorum ex eis uoluerit, ingredi possessionem, & eam accipere uen. alienare ali. obli. se pro apud iusto precio retinere, & se indemnem conseruare tam de pœna, damnis expensis, quam de sorte, siue omni occasione legum iuris, & usus. Renunciauerunt autem debitores præfati priuilegio nouarum constitutionum, & epistolæ diui Adri. beneficio, exceptioni doli conditioni sine causa, in factum actioni. Nouę, ac ueteri constitutioni de duabus dictis, & exceptioni sibi non datę, & non mutuo acceptę pecunię, & omni alij auxilio, omneq; legum auxilio, & omni defensioni, & priuilegijs, & de cæteris eis, & communi bo. modo quolibet, competentibus. Insuper Viuianus nuncius, & preco communis bo. super animas, & animabus prædictorũ potestatis, massarij, procuratorũ, & omniũ, & sing. in dicto consilio existentium, de ipsorũ licentia, & mandato iurauit cor. per sancta dei euangelia, prædictum debitum dicto termino soluere. Statutum prædictum præcisum, & inuiolabile obseruare, & omnia, & singula in hoc contractu contenta firma, & rata habere, & tene. obseruare, & adimplere, & non contrafa-

trafacere, vel venire aliqua ratione, vel causa.

Debitum ex causa cambij contractum a scolaribus & clericis.

DOminus castel. gerundiensis, & dominus Nay. butdegalensis scholares bo. commorantes pro pcio, & nomine precij, & cambij. 30. lib. bon. quas contenti, & confessi fuerunt, atque asseruerunt, se ex causa emptionis & cambij habuisse, & recepisse, ac sibi integre datas solutas & numeratas esse nominatim pro expensis, & occasione expensarum, causa, & gratia studiorum a dominis Cor. & An. ciuibus, & mercatoribus bo. promiserunt solenniter vnusquisque eorum principaliter, & insolidum, sine aliqua exceptione iuris, vel facti se obligando dictus dominus Cora. & An. stip. recipientibus pro se ipsis insolidum & Iaco. & Pe. eorum socijs. Ita quòd quilibet eorum insolidum possit hoc debitum petere, exigere, & recipere cum effectu vni tamen eorum solutione, vel sociorum ipsorum facta, ab alijs liberetur, soluere, & dare eis, aut vni ipsorum, vel dictorum sociorum, siue eorum certo nuncio. c. li. Turoniensium bonorũ, & legalium in nundinis. Pruini ꝓxime apud pruinũ, octauo die postquam in ipsis nundinis cridatum fuerit, hæc ara, vel apud pruinum tempore nundinarum. Volentes, & pacifcentes non obstare, nec præiudicium fieri creditoribus, vel eorum socijs, vt si ipsi, aut aliquis eorũ partem debiti in iudicio vel extra, exegerit, vel receperit ab altero debitorum, neq; ideo minus possit ipsum eundẽ debitorem, & etiam alium, & quẽ ipsorum maluerit ad residuum ipsius debiti principaliter & insolidũ conuenire. Et promittens non dicere, vti opponere dictã quantitatem bon. integre non fore acceptam, datam, solutã, & numeratam & in ipsorum utilitatem conuersam, & non exire dictorum bo. contra creditorum voluntatem, quousque fuerit eis integre satisfactum, & non allegare contra prædictam, vel aliquod prædictorum, siue instrumentorum aliquod priuilegium, legem, constitutionem,

nem, uel decretalem. Et non recusare aliquem iudicem sub quo citati essent, & conuenti, & nullam contrariam exceptionē, defensionem, seu negationem iuris, vel facti specialem vel generalem contra hunc contractū in aliquo facere vel opponere. Sed omnia, & sin. in hoc contractu contēta, firma & rata habere, & tene. obseruare, & adimplere, & non contrafacere, vel venire, aliqua ratione, vel causa, de iure, vel de facto. Quod si dictis loco, & termino non soluerint, & omnia & sin. in hoc contractu contenta non obseruauerint, aut in aliquo contrauenerint, promiserunt se, ut dictum est, principaliter, & insolidum, obligando eisdem creditoribus stip. ut dictum est, eisdem persoluere, atque dare nomine recōpensationis dānorum, & interesse quolibet mense, quo ultra dictum terminum solutionem dilatauerint supra dictam, pro sin. 10. lib. prædictæ quantitatis. 20. sol. Turonensium ipsa recompensatione in sortem dicti debiti nullatenus computanda. Insuper nomine pęnæ in sing. capi. huius contractus stip. insolidum promissæ duplum ipsius quantitatis, quæ etiam pęna toties committatur, & exigi possit. in sing. capi. quoties contrafactum fuerit. & pęna soluta, uel non, rata maneant omnia, & singu. supraſcripta & infraſcripta. Et nihilomnius sortem & pœnam ubicunque locorum, & fori, & in quibuscunq; nundinis creditores, aut alter eorum, vel sociorum petierint ab eis, uel aliquo eorum se integrè soluturos, in quibus locis, mercatis, & foris, & quo ipsorum uoluerint, sub quocunque iudice maluerint possint ex pacto ipsos debitores, & quemlibet eorum insolidum ad solutionem faciendam, & ad omnia, & sing. in hoc contractu contēta efficaciter obseruanda, realiter, & personaliter conuenire. Insuper reficere, & restituere eis omnia, & singula damna, & expensas, ac interesse, quod, & quas fecerint, uel sustinuerint in iudicio, siue extra, uel alio quocunq; modo pro ipsa pecunia exigenda. Et de his credere sub simplici uerbo sine sacramento, uel alia probatione, aut alicuius causæ recognitione, pro quibus omnibus, & singulis firmiter obseruandis, & adimplendis, obligaue-

runt

runt dicti debitores dictis creditoribus se ipsos persona liter,& omnia eorum bona tam ecclesiastica, quã mundana & omnes eorum redditus, & prouentus tam præsentes, quam futuros, quæ, & quas precario iure, se ipsorum nomine,& pro eis possidere constituerunt, usque ad integram solutionem dicti debiti, & satisfactionem omnium prædictorum,& specialiter iure pignoris obligauerunt eis unum codicem in chartis hedinis scriptum cum apparatu d. Accursii, & unum digestum in chartis hędinis cum apparatu tali. Item tales,& tales libros, quos libros ipsi creditores dictis debitoribus præcario restituerunt, & ipsi ab eis, ibidem precario receperunt. Promittentes unusquisque eorum principaliter,& insolidum, ut dictum est, obligando eisdem creditoribus stipulat. ut dictum est, dictos libros ab omni obligatione de ipsis hactenus facta liberatos, & expeditos eisdem creditoribus restituere, consignare quocunque tam ante terminum, quam post debito non soluto, petierint ab eis, & dantes eisdem plenam, & liberam potestatem, & licentiã a termino in antea, si tunc solutio facta non fuerit, possint eorum auct. sine curiæ proclamatione, & aliquam pronunciationem, & aliquo præiudicio dictorum bonorum, redditum, & prouentuum, & quorum ex eis uoluerint, & specialiter ipsorum librorum ingredi, & accipere possess. & eam uendere alienare, alij obligare, & apud se pro iusto precio retinere, & se indemnem conseruare tam in pęna, damnis, & expęnsis, quam in sorte, sine omni occasione legum, iuris, & usus. Renunciauerunt autem debitores præfati in his omnibus, & singulis suprascriptis fori priuilegio nouarum constitutionum,& epistolæ diui Adriani beneficio, exceptioni doli, conditioni sine causa in factum actioni. Nouę, ac ueteri constitutioni de duabus dictis editis in concilio generali, legi ob ęs alienum de actionibus & obligationibus, & auctenti. omni beneficio in integrum restitutionis canonicę. & ciuili consuetudini, Statuto, priuilegio clericatus, illi decretali de foro cõpetenti si diligenti, omnique

que vectetorum suffragio, & omni constitutioni canonicæ, & omni iuri & legum auxilio, eis modo quolibet competenti, vel competituro, & oibus litteris super his, vel aliquo eorum contra creditores a sede apostolica impetrandis. Insuper dicti debitores iurauerunt corporaliter per sancta Dei euangelia, vt dictum est, soluere, attendere, obseruare, & adimplere, & non contrafacere, vel venire, nec aliqđ obijcere, vel attentare de iure vel de facto, & in eorum euidens omnium testimonium, & notitiem clariorem ijdem debitores voluerunt, & mandauerunt præsens instrumentum suorum sigillorū appensione muniri.

Debito quando fit obligato fideiussori, remanente principali obligato.

CVm d. Ca. Gerundiēsis, & dominus Raymūdus burdegalensis scholares obligati ad debitū, & debita c. li. turonensium dominus Cora. & An. ciuibus bo. & mercatoribus promisissent & iurauissent ipsis mercatorib. non exire districtum ciuitatis bo. contra ipsorum voluntatem, quousque fuerit eis integre satisfactum, vt hoc patet in instrumento ipsius debiti scripto manu talis nota. Quoniam ipsi creditores ipsi domino Ca. roganti & instanti, quòd districtum bo. egredi pos. & ad patriam suam ire licentiam concesserunt, idem d. Castellio, domino Guliel. Aragonen. pro principali debitore eisdem creditoribus consignauit. Quapropter dictus dominus G. precibus & mandatis dicti domini Cast. lecto sibi. & instrumento debiti, se ad id debitum principalem cōstituēs promisit principaliter, & insolidū, sine aliqua exceptione iuris vel facti se obligando dictis domino Cor. & Andreæ stip. & recipientibus, insolidum pro se ipsis, & talibus eorum socijs atque quilibet eorum insolidum possit hoc debitum petere, exigere, & recipere cum effectu, vni tamen facta solutione eorum ab alijs liberetur, soluere, & dare eis, aut alteri eorum, vel sociorum ipsorum, sine certo nūcio eorum dictas c. lib. Turonensium,

termino

termino,& loco, quibus ipsi domini Cast. & Raymundus dictis creditoribus in corū instrumento tenētur, omni tamen ipsorum creditorū in omnibus, & per omnia iure saluo, & eisdem dominis Ca. & Ray. ad dictū debitū, & ad omnia, & sin. in ipso instrumento contenta integre remanentib. obligatis. Quod si dictis termino, & loco idem dominus Guliel. non soluerit, & nō obseruauerit, ut dictum est, promisit eisdem creditoribus stip. vt dictū est, eis persoluere, atque dare duplum ipsius quantitatis pecuniæ pœnæ nomine &c. Et facies eum obligari, quā breuius poteris, ad ea, quæ tibi uidebūtur ex forma præcedentis instrumenti, & in fine renunciabit beneficio nouę constitutionis de fideiussoribus, fori priuilegio, exceptioni doli, conditioni sine causa, si factum actioni. Nouę ac ueteri constitutioni de duabus dictis & omni alij auxilio.

Debitum contractum pro soluendo ad tempus precio mercationum emptarum.

PAulus pro precio, & nomine precii duarū petiarum pāni uiridis de Cypro, quas cōfessus, & cōtētus fuit se ex causa emptionis pro talibus, quales sunt, sine ullo restauro facturę, uel minuitatis, habuisse, & recepisse, ac sibi integre datas, & traditas esse a Co. promisit solenniter, sine aliqua exceptione iuris, uel facti, se obligando dicto Co. sti. & recipienti insolidum pro seipso, & An. & Ia. eius fratribus, & consortibus: Ita quod quilibet eorū insolidum posit hoc debitum petere, exigere, & recipere cum effectu, uni tamē eorum facta solutione ab alijs liberetur, soluere, & dare eidem, aut alteri dictorum fratrum eius, uel certo eorum nuncio. c. lib. bon. hinc ad festum sancti Michaelis mensis Septembris proximi in ciuitate Bon. Paciscens non dicere, uel opponere dictas petias pannorum sibi datas, mensuratas, & traditas non esse, & non probare solutionem, aut liberationem huius debiti fore factam, nisi per hoc instrumentum incisum uel cancellatum, aut per aliud legalis, & bonæ famæ tabellonis manu confectum, & nullam aliam con-

trariam exceptionem, uel defensionem, seu *negationem* iuris uel facti specialem, uel generalem contra *aliquod* prædictorum, uel infrascriptorum in aliquo facere uel opponere, sed omnia & singula suprascripta firma, & rata habere, & tene. & non contrafacere, uel uenire, aliqua ratione uel causa, de iure, uel de facto. Quod si dictis loco, & termino non soluerint, & omnia & sing. in hoc contractu contenta non obseruauerint, aut in aliquo contrauenerint, promisit ei soluere, atque dare duplum ipsius quantitatis pecuniæ pœnæ nomine &c. Secundum alterum prædictorum modorum, in fine uero renũciabit hoc modo. Renuncians fori *priuilegio, exce*ptioni doli, cõditioni sine causa, *exceptioni* sibi nõ data rũ, & nõ traditarũ pecuniarũ panni, & omni *alij* auxilio.

Debiti, si ex residuo mercationum emptarum promittatur pecunia, ita scribes.

ANtonius, & Phi. pro residuo, & complemẽto, precij mille quinquagentarũ lib. lanę de Tunisi nitidæ, & mundæ secundũ cõsuetudinẽ ciuitatis bo. quã cõfessi, & contenti fuerunt, si causa emptionis pro tali qualis est, sine ullo restauro habuisse, & recepisse a Co. promiserunt solemniter, unusquisque eorum principaliter, & in solidum, sine aliqua exceptione iuris, uel facti se obligã do dicto Cor. pro se, & suis hæredibus stip. soluere, & dare eidem, aut eius certo nuncio. c. lib. bo. hinc ad unũ mensem proximum in ciuitate Florentiæ. Quod si *dictis* lo. & termino non soluerint, & omnia, & sing. in *hoc* contractu contenta non obseruauerint, aut in aliquo cõ trauenerint, promiserunt unusquisque se principaliter, & insolidum obligando eidem creditori persoluere, atque dare duplum ipsius quantitatis pecuniæ pœnæ nomine, &c. ut supra.

Debiti precij residuum alicuius rei mobilis, uel immobilis, si promittatur, quod uenditor motum in instrumento uenditionis ipsius rei confessus fuerit integre recepisse.

ANtonius per se, & suos hæredes promisit Co. pro se, &

& suis hæredibus stip.soluere,& dare eidem,aut eius certo nuucio.25.lib. bo. hincad festum Natiuitatis Domini proximi in ciuitate bonó.pro residuo,& ex causa residui, & complemẽtis precii vnius domus sitę in viuario. Quam dictus Cor.prædicto An.uendi. ut patet in publico instrumento scripto manu mei notarij suprascripti, non obstante confessione solutionis ipsius precij facta ab ipso Cor.in prædicto instrumento venditionis.Quod si dictis loco,& termino non soluerint,&c.vt supra.

Debitum quod si est de dote recepta,licet confessus fuerit quis,integre recepisse in instrumento dotis,si ad tempus dari promittatur.

ANtonius promisit per se, & suos hæredes Cor. pro se,& suis hæredibus stip.dare,& soluere,ac restituere ediem aut eius certo nuncio 25.lib.bo. hinc ad vnum annum proximum in ciuitate Bon.pro residuo, & causa residui, & complementi dotium domine Matheldę filiæ ipsius Ant.& vxoris eiusdem Cor. non obstante confessione solutionis ipsarum dotium facta ab ipso Cor. in instrumento dotium earundem scripto manu mei nota.suprascripti.Quod si dictis loco,& termino non soluerit,&c.vt supra.

Debitum oleum, vel frumentum,uel uuæ ad tempus,uel aliquid aliud ex causa soluti precij, si promittatur.

ANtonius nomine precij.40.sol.bo.quos contentus,& confessus fuit se habuisse, & recepisse ac sibi integre datos, solutos ac numeratos esse a Cor. promisit solemniter sine aliqua exceptione iuris, uel facti se obligando dicto Cor.pro se, & suis hæredibus stipu.dare, & deferre idem Bono.domi suæ sex corbes frumenti boni, pulchri,& mundi,in festo sanctę Marię mensis Augusti,donans ei pure, & libere, ac simpliciter, & irreuocabiliter inter uiuos quicquid dictum frumentum plus ualuerit, vel ualiturum est dicto precio certificatus, & sciens, illud esse maioris precij, & ęstimationis. Quod si dictis loco, & termino nõ dederit,non soluerit,

& detulerit, ut dictum est, & omnia, & sin. in hoc contra ctu contenta nõ obseruauerit, promisit eidem persoluere atque dare. 20. solidos imperialiũ pęnæ nomine sti. in sin. cap. huius contractus insolidũ promissæ, qua soluta uel non, rata maneant omnia, & sin. suprascri. & infrasc. & nihilominus dictum frumentum ubique locorũ, & fori, si creditor petierit ab eodem, & specialiter tẽpore fori Maij, & Augusti de bo. & in ipsis foris integre se daturum, rem reficere, & restituere eidem omnia, & sin. damna, & expẽsas &c. ut supra in primo instrumẽto mutui. Et not. idem seruandum esse in lignis, & uuis, & omni eo, quod ex precio debetur ad tempus.

Debitum contractum ad pecunia mercandi, uel negociandi causa.

ANtonius fuit contentus, & confessus, se habuisse, & recepisse, ac sibi integre datas, solutas, & numeratas esse ad laborãdum, & ex causa laborãdi, & negociãdi in arte, & mercantia, lanæ, & pannorum lanæ exercẽdę solummodo in ciuitate bo. & non alias. Ad quartam partẽ lucri, uel danni, a Cor. q. Titij. c. lib. bo. Promittens solenniter sine aliqua exceptione iuris, uel facti se obligando dicto Cor. pro se, & suis hære. stipu. fideliter negociari, atque mercari cum ipsa pecunia mercatione prædicta hinc ad unum annum proximum. Et ipsam quãtitatem integre solummodo in pecunia numerata eũ dicta quarta parte lucri, uel tãtum minus, quantum fuerit quarta pars damni ex operata mercatione cum ipsa habiti, uel subsecuti, soluere, dare, ac restituere eidem, aut certo eius nuncio in fine dicti termini in ciuitate bo. Ita quod si denunciauerit fore damnum ex mercatione prædicta cum ipsa pecunia subsecutum non aliter ipsius dãni partem aliquam sibi computare creditor teneatur, nisi idẽ debitor duos, uel tres legales, & bonæ opinionis testes, qui non sint eius familiares, uel participes legitime probet illud. Quod si dictis loco, & termino non soluerit, ut dictum est, & prædicta omnia, & singula suprascripta, & infrascripta non obseruauerit, aut in aliquo con-

trauenerit, promisit eidem persoluere, atq; dare duplũ ipsius quantitatis pecuniæ pœnę noĩe stip.in fin. cap.huius contractus insolidum promissæ, &c. ut in præmissis instr̃is debitorum. In fine vero renunciabit fori priuilegio, exceptioni doli, cõditioni sine causa, in factũ actioni, & ezceptioni sibi non datæ, non solutæ, & nõ habitę, ex prædicta causa pecuniæ quãtitatis supradictæ, & omni alij auxilio. Nota tñ, quod prædictus contractus, iuxta meliores opiniones, & probabiliores rõnes, & sui ipsius natura fœneratitius iudicat̃. Contractus vero subseq́uẽs concedit̃, vt legitimus, & fidelis, & quod in ipso super toto capitali suscipitur, & diuinum iudicium, & fortuitus casus. Veruntñ utrunque scripsi, ut in hoc sciat̃ bonum, & malum, istud illico euitandum, illud autem eligendum, & quia contraria iuxta se posita, melius elucescũt. Et pp illorum vtilitatem, qui fœnerari nolentes contractum prædictum inuenit credentes se prauitatem usurariam euitare. Sed incidit in scyllam cupiens uitare carybdim. Itaq; illius contractus, qui super huiusmodi cõuenientibus sine nota pacti fieri potest, forma hæc est.

Debito si additur fideiussoris cautio.

ANtonius fuit confessus, & contentus, se habuisse, & recepisse, ac sibi integre datas, solutas & numeratas esse ad laborandũ, & ex causa laborãdi, & negociandi in arte mercantiæ pannorũ dę ultra montes, mercandi solummodo in ciuitate bo. & non alias ad quartam partẽ lucri a Cor.q.Titij, c.lib.bo. exceptioni sibi non datæ, & non receptæ ex causa prædictæ pecuniæ, omnino renuntians. Et promittens solemniter sine aliqua exceptione iuris, vel facti se obligando dicto Cor. pro se, & suis hæredibus stipu. fideliter negociari, atque mercari cum ipsa dicta pecunia in mercatione prædicta hinc ad unũ annum proximum, quas quidem c.lib. bo. idem Ant. & ipsius precibus, & mandatis Phi. se principalem constituens promiserũt solemniter unusquisque eorum principaliter, & insolidum, sine aliqua exceptione iuris, uel

facti se obligando dicto Cora.pro se,& suis hrdib.sti. integre solum in pecunia numerata, cum quarta parte lucri habiti, vel eo minus, quãtum fuerit totum damnum ex operata mercatione cum ipsa pecunia subsecutũ, soluere & dare, ac restituere eidem aut certo eius nũcio in fine dicti termini in ciuitate bono. Ita q damnum totũ si diuino iudicio, siue casu fortuito sine ipsius An.culpa, vel dolo subsecutum ad ipsum pertineat creditorem. Veruntñ diuinum iudicium, casum vel damnum nõ aliter sibi computare creditor teneatur, nisi dictus An.p duos vel tres legales,& bonæ opinionis testes, qui nõ sint eius familiares, vel consortes, legitime probet illud. Quod si dictis loco,& termino non soluerint vt dictum est,& oĩa & sin.suprascr.& infras.nõ obseruauerint, aut in aliquo contrauenerint, promiserunt vnusquisque eorum principaliter,& insolidum se obligando eidem creditori sti. vt dictum est, persoluere, atque dare duplum ipsius quãtitatis pecuniæ pœnæ nomine sti. in fin. cap. huius contractus insolidum promissa &c. iuxta formam aliorum contractuum debiti. In fine vero renunciabit fori priuilegio, nouarum constitutionem,& epistolæ diui Adriani beneficio, exceptioni doli conditioni sine causa, in factum actioni, & omni alij auxilio.

Commodatis instrumentum.

ANtonius fuit cõfessus,& cõtentus, se ex causa commodati habuisse,& recepisse a Cor. vnũ digestũ vetus in chartis hædinis, scriptũ in textu de litera antiqua, & glosatum de apparatu domini Accursij ad vsum legẽdi. Promittens solenniter sine aliqua exceptione iuris, vel facti se obligando dicto Cora. pro se, & suis hæredi. stipu. prædictum librum, omni dolo, & culpa remota, solicite, prudenter, & fideliter custodire, & in ipso seruando, & custodiendo summam, & exactissimam diligentiam adhibere,& eundem librum eiusdem bonitatis vt nunc est, restituere,& consignare sibi, aut soluere, dareq; eidem nomine ęstimationis, & pro ęstimatione, eius-

eiusdẽ libri cõcorditer ab eis ibidẽ facta l.lib.bo. hinc ad vnum annum proximũ. Suscipiẽs in se, & sup se oẽm casum fortuitũ, & euẽtũ incẽdij, naufragij, ruinæ, rapinæ, furti, violẽtiæ, & superueniẽtis periculi, & quemcunque alium tam ex diuino, vel humano iudicio, quam ex quolibet gñe culpæ, vel alias pueniente. Et permittens solẽni stip. eidem Cor. nullam contrariam exceptionem, vel defensionem iuris, vel facti specialem, vel gñalem, occasione, vel ptextu pdictorum, vel futurorum casuum, & euentuum, aut quoruncunq; aliorum vel alia causa in aliquo facere vel opponere, quo minus ad ipsius libri restitutionem, aut ęstimationis solutionem vt dictũ est, faciendam efficaciter teneatur, & oĩa, & sin. in hoc cõtracta contenta firma, & rata habere, & te. & non contrafacere, vel venire aliqua rõne vel causa de iure, vel de facto. Quod si dicto termino prædictum librum non restituerit, aut dictam ęstimationem nõ soluerit vt dictũ est, & oĩa & sin. suprascr. & infrascr. non obseruauerit, aut in aliquo contrauenerit, promisit eidem Cor. persoluere atque dare duplum ipsius ęstimationis pęnę noĩe stip. in fin. cap. huius contractus insolidum promissa, qua soluta, vel non rata maneant oĩa & sin. suprascripta, & infrascr. Et nihilominus antedictum librum redditurũ, siue ęstimationem pdictam soluturũ vbicunq; locorum, & fori, si cõmodator petierit ab eodẽ. Item reficere, & restituere sibi omnia, & sin. damna, et expensas, &c. Vt in præcedentibus debitorum instr̃is. In fine renũciabit fori priuilegio, exceptionis nõ habiti, et non recepti ex commodato libri prædicti, exceptioni doli, conditioni sine causa in factum actioni, & omni alij auxilio.

Depositi instrumentum.

Restat nunc de deposito videre, sed notandum est, quod aliquando fit instr̃m depositi simpliciter, & breuiter, nulla de restituendo eo promissione adiecta. Et hoc puto debere fieri quãdo fit depositum solummodo gratia deponentis. Aliquando vero fit cum solemni

promissione restituendi depositi,& hoc potest fieri,quādo fit depositum gratia deponentis,seu gratia depositarij.Sed magis æquum est, ut depositū pro utilitate, & gratia depositarij factum solēniter restitui ꝓmittatur, & recipiat expressim in se depositarius casus fortuitos,sicut supra in instrumento commodati. Licet de iure depositum pro utilitate depositarij factum,& amissum restitui debet,& nō solū in hoc casu, sed, & in tribus alijs, .s. quādo depositarius dolum commisit,ut surriperetur depositum,quando in mora stetit reddere, postquam repetitum fuit. Et quādo expressim conuenit de deposito restituendo.Sagacitates uero inter deponentem & depositarium,ne depositum alteri detur,nisi sicut ordinatur, multimode fuerunt aliquādo per hidioceram,aliquādo per cyrographū,& multis alijs modis. Est igitur utriusque forma contractus hæc.

Depositum simplex siue promissio de restituendo.

ANtonius ciuis, & mercator bon.precibus, & gratia Cor.recipit seruādi,& custodiendi causa in depositū ab ipso Co.ibidē,& in præsenti.xxv.lib. grossorum Venetorum prout ipse An.confessus fuit, tantam esse quantitatem restituendam ei.Cor.uel eius hæredibus, siue ipsius certo nuncio sibi inter eos ordinatam,& depositam facienti,& quandocūque ipse Cor.uel eius hæredes, aut dictus certus eius nuncius petierit ab eodem.

Depositum pro utilitate, & gratia depositarij facti, cum promissione de reddendo.

ANtonius fuit confessus, & contentus se in depositū habuisse,& recepisse a Cor.xxv lib.grossorum uenetorū in usum,& utilitatem suam de ipsius Cor.licētia cōuertendas recipiens etiam pecuniam prædictam ab ipso ibidem, & in præsenti,quam confessus fuit tantam esse quantitatem. Et promittens solenniter sine aliqua exceptione iuris uel facti se obligando, dicto Cor.pro se, & suis hæred.stip.restituere,& consignare eidem, aut eius hæredibus, uel ipsius certo nuncio sibi hoc instrumentū deferenti,uel signum,uel fidem inter eos ordinatam, &

dispositi-

dispositam referenti, ipsam uenetorum grossorum quantitatem, quandocunque idem Cor. uel eius hæredes, aut eius dictus certus nuncius petierit ab eodem. Necnõ suscipiens in se, & super omnem casum, & euentum incendij, naufragij, ruinæ, rapinæ, furti, uiolentię, quemcũque alium, tam diuino, & humano iudicio, quã ex quolibet genere culpæ uel alias prouenientem, Et promittens nullam contrariam exceptionem, uel defensionem, prætextu dictorum casuum, & euẽtuum, aut alicuius eorum, siue quorumcũque aliorum euentuũ, aut alia quacũque causa in aliquo facere, vel opponere quominus ad ipsũ depositum restituendum ut dictum est, efficaciter teneatur. Sed omnia & sin. suprascrip. & infrascrip. in hoc contractu contenta firma, & ratam habere, & te. & non contraf. uel uenire aliqua ratione uel causa de iure, uel de facto. Quod si nõ restituerit, & consignauerit, ut dictũ est, promisit eidẽ persoluere, atque dare duplum ipsius quãtitatis pecuniæ pœnæ nomine &c. ut in instrumẽtis debitorũ. In fine renunciauit fori priuilegio, & exceptioni nõ habitę, & non receptæ pecuniæ, ex causa depositi, quantitatis prædictæ exceptioni doli, conditioni sine causa, in factum actioni, et omni alij auxilio.

Depositarius si in se casus fortuitos non ricipiet, poterit in breui instrumento, & ex edicto modo, qui huiusmodi depositioni pro maiori parte seruatur.

ANtonius fuit contentus, & cõfessus, se habuisse & recepisse seruandi, et custodiendi causa in depositũ a Cor. xxv. lib. venetorum grossorum, Recipiens pecuniam ipsam in uno sacculo ibidem, et in præsenti, quam confessus est, tantam esse quantitatem. Et promittens solenniter, sine aliqua exceptione iuris uel facti se obligando dicto Co. pro se, et suis hæredibus stip. ręstituere, et consignare eidem, aut eius hæredibus, uel eis certo nuncio hoc instrumentum deferenti, uel sibi signum, et fidem inter eos ordinatam, et depositam facienti dictã quantitatem grof. uenc. quãdocunque ipse Cor. uel eius hære-

des

des siue dictus eius certus nũcius petierit ab eodem sub pęna dupli dictę quantitatis pecuniæ stip. promissa, qua soluta vel non rata maneant omnia, & sin. suprascripta, & infrascripta. Item reficere, & restituere ei oĩa, & sin. dãna, & expensas, ac interesse litis, & extra. Pro quibus omnibus & sing. firmiter obseruandis, obligauit eidem omnia sua bona. Renuncians, vt supra &c.

Delegatio debitoris.

CVm An. teneret̃ ex causa mutui, vt cõfessus, & cõtẽtus fuit ad debitum, & in debito. c. li. bo. Cor. & ipse Cor. prout asseruit, & cõfessus est debitor esset in eadẽ quantitate Philippo noĩe precij, & pro precio cuiusdam q̃titatis lanæ, idem Cora. prædictum debitorem suũ ipsi Phi. creditori suo in eadem quantitate pecuniæ delegauit. Quap̃p̃ dictus An. de ipsius Cor. mãdato, & volũtate se ipsi Phi. principalem constituens debitorem, promisit solemniter sine aliqua exceptione iuris, vel facti se obligando, dicto Phi. pro se & suis hę. sti. soluere & dare eidẽ, aut eius certo nuncio, hinc ad pasca resurrectionis dñi, dictas c. li. bo. quas ipse dicto Cor. & ipse Cor. dicto Phi. vt dictum est, soluere tenebat̃. Quod si dicto termino nõ soluerit, & oĩa & sing. suprascripta, & infrascripta nõ obseruauerit, aut in aliquo contrauenerit, promisit eidem psoluere, atque dare duplum ipsius quantitatis pecunię pœnæ noĩe stip. sing. cap. &c. vt in pręcedentibus debitorum instr̃is. Renunciabit antedictus A. exceptioni nõ habitæ dictæ quãtitatis pecuniæ ab ipso Cor. & dictus Co. exceptioni non habitæ quantitatis lanæ. ex causa uenditionis a dicto Phi. Et ipsi ambo exceptioni doli, cõditioni sine causa, in factum actioni, & omni alij auxilio.

Conseruatio indemnitatis.

SVperest, vt vltimo huius capituli loco, cum promissiones de cõseruatione indẽnitatis, vt plurimum causentur debitis, promissionũ ipsorum instrumentorũ forma sequat̃. Sed quia multis, & diuersis modis se obligat

vnus

vnus pro altero, i ō promissiones de conseruatione indē-nitatis diuersam & variam habent formam, & ideo diligenter conseruanda est promissio, & obligatio, a qua q̄s indemnis promittitur conseruari. Ipsarum vero promissionum hic instr̄a notantur quibus scitis, ad certam nō contigerit, leuior erit tibi processus, & via.

Promissio de conseruatione indemnitatis ab obligatione quam quis fecit in instrumento alterius precibus, & mandato.

QVia Cor. ad debitū, & in debito c. lib. bo. precib. & mādatis An. & vna cū ipso, se Phi. principaliter, & insolidū obligauit, vt patet in instr̄o scripto manu mei no. infrascr. & eadem pecuniæ quantitas, vt ipse An. cōfess. & cōtē. fuit tota ad se, & nihil ad ipsum Cor. p̄uenit. Idcirco idem Ant. promisit solenniter, sine aliqua exceptione iuris, vel facti se obligando dicto Cor. pro se, & suis hr̄dib. sti. se liberatutū eū, & eius hr̄des, & bona ab ipsa fideiussione, & obligatione, promissione, & debito ad terminum, & in termino in dicto instr̄o contento. s. hinc ad sex mēses, & se facturum, & curaturum, qđ ipse Cor. dicti debiti occasione nullū dānū incurret, nullaq; lis, vel molestia ei inferet̄, & qđ ipsum & eius hr̄. & bona cōseruabit ab obligatione & fideiuss. p̄dicta, & ab oībus, & sin. in hoc instr̄o, cōtētis pęnitus sine dāno. Sub pęna dupli dictæ q̄titatis pecuniæ stip. & sin. cap. huius contractius insolidum promissæ. qua soluta, vel non, rata maneant oīa, & sin. suprascr. & infrascr. Obligās se dicto Cor. & eidē solemni stip. promittēs, si p̄dicto termino eū non liberauerit, vt dictum est, & oia, & sing. suprascripta non obseruauerit, se liberaturum eum, & oīa & sing. obseruaturum, & nihilominus pęnam soluturum p̄dictā, vbicunque locorum, & fori, si ipse Cor. petierit ab eodē, & pręsertim tp̄e fori Maij, & Augusti de bo. & ipsis foris se integre soluturum. Item reficere, & restituere sibi omnia, & sing. damna. & expensas, ac interesse litis, & extra. Et hoc credere suo simplici verbo sine sacramento, vel

alia

alia probatione. Insuper promisit præceptum recipere a cōi bo.de prædictis seruandis, & adimplendis intra tertium diem, postquam ei denunciatum fuerit. Sub pęna l.lib.bo.sti.promissa, qua soluta, vel non, prædicta firma perdurent. Pro quibus omnibus, & sin. firmiter obseruādis obligauit eidem omnia sua bona, quæ præcario iurę se nomine eius possidere constituit, vsque ad integrā obseruationem & solutionem omnium prædictorum, Renuncians fori priuilegio, exceptioni doli conditioni, sine causa, in factum actioni, & omni alij auxilio.

Promissio de conseruatione indemnitatis, si fiat illi, qui non precibus, & mandatis, sed ut principalis se obligauit cum principali, licet in veritate fuerit fideiussor, ita scribes.

ANtonius fuit confessus, & contētus, quod promissio, & obligatio, quam ipse Cor. fecit Phil. in debito, & occasione debiti, c.lib.bo. promissarum ab eis ambobus ipsi Phi. causa mutui, vt patet publico instro scripto manu mei not. infrascr. pro se solo Ant. facta fuit, & ipsum debitum pro se solo contractum, & quod ipsa pecuniæ quantitas ad eum tota peruenit, & nihil ad Cor. prædictum, & ꝙ ipse Cor. ex causa fideiussionis pro ipso Ant. & eiusdem Ant. precibus, & mandato, se ad dictum debitum obligauit. Licet non sit in instro principalis debiti hoc expressum. Quapp dictus An. promisit solenniter, sine aliqua exceptione iuris vel facti, se obligando dicto Cor. pro se, & suis hære. stip. se liberaturum eum & eius hære. & bon., & cum omnibus, & per omnia, vt patet in instrumento præcedenti.

QVARTVM CAP. INCIPIT, IN QVO infrascripti continentur tituli, videlicet.

ET si ex alijs contractibus, & stip. iustæ acquisitæ, habitę actiones, & iura secundum iuris ordinem cedi possunt. Quod tamen, vt plurimum ex contractib. debitorum a creditoribus contra debitores suos præcedunt, actio-

actionum,& iurium cessiones.Idcirco post.ca. debiti.visum est,vt cessionum doctrina, & forma conuenientis immediate sequantur.Verũtamẽ antiquæ formæ doctores non solum ex omnibus cessionibus, sed etiã ex multis alijs contractuum generibus, ex vno quoq; videlicet genere vnum,& simplex instrumentũ in eorum compilationibus tradiderunt, Relinquentes potius obscuritatẽ, & ignorantiam ex nimia breuitate, & sic credentes erroribus artis, quicquid iacet in profundo sentire remanserunt quantum ad praticam in littore, sicco pede, Sed illi,qui per medium pelagi contractuum ex temporibus diuturnitate,& negociorum multiplicitate, natarunt;& qui nihil forte reliquerunt ex longo exercitio in contractibus intentatum uident in his contractibus nõ sufficere vnam formam. Et propterea in hoc cap. plures ponuntur diuersitates contractuum cessionum,& si non omnes,tamen illæ,quæ ad tabellionum manus frequentius peruenire noscuntur. Quibus scitis apertior, & expeditior ad ceteras est doctrina. Ponuntur postremo remissiones,& fines quarundã actionum,& iurium, & solutiones debitorum, quoniam aliquam cum cessionib. cohærentiam habere uidentur, eo quod etiam ex ipsis alienantur,& transferuntur actiones, & iura.

Et notandum est etiam quòd concessiones eisdem titulis, & causis fieri possunt, quibus & aliarum rerum traditiones.Est igitur primo de cessione, titulo uenditionis facta uidendum.

Cessio iuris, & actionis ex causa uenditionis factæ.

ANtonius ex causa uenditionis dedit,cessit,transtulit,& mãdauit co.pro se & suis hęredibus recipiẽtib. oĩa iura,& actiones reales, & personales,vtiles,& directas,quæ,vel quas habebat, uel habere poterat aduersus Phi.& Andream & quemlibet eorum insolidum, & eorum hęredum, & in ipsorum bonis nomine, & occasione debiti.c lib.bo. quas dicti Phi.& An. prædicto An. ex causa mutui dare & soluere tenebantur, ut patet in instru-

dicto Cor.tradidit,& dedit ibidem constituens procuratorem eum tanquam in rem suam, & ponens ipsum in locum suum. Ita quodammodo suo nomine, actionibus vtilibus, & directis possit aduersus prædictos Anto. & Philip.& quemlibet eorum insolidum, & eorum hæredes,& in ipsorum bonis,nomine,& occasione dicti debiti agere,& experiri, excipere, & replicare, consequi & se tueri,& petere dictum debitum,sortem,& pœnam,damna,& expensas, & interesse, & bona obligata, & omnia, & sin.facere,quemadmodum ipse poterat. Et paciscens, atque conueniens, quod nulli alij hactenus cessit iura prædicta. Et quod tempore huius contractus uere creditor erat debiti prætaxati. Necnon promittens solemni stipu.Cor.prædicto, dictam cessionem,& omnia, & singu.suprascripta firma, & rata habere, & te. & non contrafacere vel venire aliqua ratione,vel causa de iure, uel de facto,& prædicta iura, & actiones sibi legitime defendere,& auct.si vero apparuerit ipsum hactenus alteri dicta iura cessisse,aut creditorem dicti debiti huius contractus tempore non fuisse,& si non defenderit, ut dictum est,& omnia, & sing. in hoc contractu contenta non obseruauerit,aut in aliquo contrauenerit, promisit eidem persoluere, atque dare duplum ipsius quantitatis pecuniæ pœnæ nomine stip.in fin.cap.huius contractus insolidum promissæ, qua soluta,uel non prædicta omnia,& sing.suprascripta,& infrascripta firma perdurent. Item reficere,& restituere sibi omnia,& sing.damna, & expensas,ac interesse litis, & extra. Obligando pro his omnibus & sing. firmiter obseruādis eidem omnia sua bona. Pro precio quoque, & nomine precij eiusdem cessionis ipsis iuribus, & actionibus primo cessis, confessus, & cōtentus fuit dictus An.se ab ipso Cor. habuisse. & recepisse.c.lib.bo.exceptioni sibi non dati, & non soluti precij, doli conditioni siue causa, in factum actioni, & omnia alij auxilio omnino renuncians. Si vero fiat cessio in aliqua quantitate quæ debetur ex residuo debiti alicuius, scribes sicut in subsequenti contractu videbis, & poteris

formam

formam prosequi breuiorem, & non solum in ipso contractu, sed etiam in omnibus contractibus cessionum. Verumtamen prædictam longiorem, & infrascriptam breuiorem formam habeas ĩ exemplũ, ut scias magno, & paruo negocio suum adaptare contractum.

Cessio in quantitate, quæ debetur ex residuo debiti.

ANtonius de: ex causa uenditionis, & cessit Cor. pro se, & suis hęredibus recipienti omnia iura, & actiones quæ uel quas habebat, uel habere poterat aduersus phi. & eius hæredes, & in ipsius bonis nomine, & occasione quãtitatis, 25. lib. bo. quas ab ipso Phi. habere debebat pro residuo, & cõplemento debiti. c. lib. bo. in quibus idẽ Phi. erat dicto An. & causa precij dictę quãtitatis lanæ obligatus, ut patet in instrumento scripto manu talis not. Quod instrumentũ ei tradidit, constituens ibidẽ eum procuratorem in rem suã, & ponens ipsum in locũ suũ. Ita quodãmodo vt suo nomine actionibus utilibus, & directis possit aduersus Phi. & eius hæredibus, & in ipsius bonis nomine, & occasione dictę quãtitatis pro residuo dicti debiti agere, experiri, excipere, & replicare, consequi & se tueri, & omnia & sin. facere, quæ ipsemet facere poterat, promittens dictam cessionem, & omnia & sin. in hoc contractu contenta, firma, & rata habere, & tene. & non contrafacere, uel uenire. Sub pęna dupli dictę quantitatis pecunię stip. promissa, & refectione damnorum, & expensarum litis, & extra, & obligatione omnium suorum bonorum, & pęna soluta uel non, rata maneant omnia & singula suprascripta, & infrascripta. Pro precio quoque, & nomine precij ipsius cessionis post ipsam actionem Cessam, confessus fuit, & contentus dictus Anto. ab ipso Cora. habuisse & recepisse. 25. lib. bo. exceptioni sibi non dati & non soluti precij omnino renuncians.

Cessio facta debitori contra unum ex debitoribus suis.

ANtonius dedit, cessit, transtulit & mãdauit Cor. p se, & suis hęre. recipiẽti oĩa iura, & actiones reales

& per-

& personales, utiles & directas, quæ uel quas habebat, uel habere poterat aduersus Phili. & eius hęredes, & in ipsius bonis nomine, & occasione debiti. 25. lib. bo. quas Phili. insolidum cum dicto Cor. & And. eidem An. dare & soluere tenebantur ex causa mutui, ut patet in instrumento scripto manu talis no. Item nomine, & occasione quantitatis. v. lib. bo. pro damnis, & expensis, & interesse dicti debiti, currentibus a termino debiti usque nunc. Quod instrumentũ, & pręceptum ei tradidit, ibidem, & in præsenti constituens eum procuratorem tanquam in rem suam, & ponens ipsum in locũ suum, Ita quodammodo suo nomine, actionibus utilibus, & directis posit aduersus dictũ Phi. & eius hæredes, & in ipsius bonis, nomine, & occasione dictarũ quantitatũ agere, & experiri, excipere, & replicare, consequi, & se tueri &c. secundum unam ex formis prædictorum instrumentorum continuando usque, ad locum, ubi dicitur, pro precio quoque, in quo loco ita incipiens. Quam cessionem ipse An. eidem Cor. fecit, ut dictum est, eo ꝙ cum ipse Cor. esset una cum dicto Phi. & An. ad dictum debitum insolidum obligatus. Et propterea à dicto creditore ad solutionem coactus idem Cora. dicta cessione facta, dedit & soluit ipsi An. 25. lib. bo. prout ipse Anto. contentus, & confessus fuit. Exceptioni sibi non datæ, non solutę quantitatis omnino renuncians.

Cessio ex titulo donationis facta contra plures debitores, s. contra unumquenque, pro suo debito.

ANtonius ex causa donationis pure, libere, simpliciter, & irreuocabiliter inter uiuos dedit, cessit, transtulit & mãdauit Co. pro se, & suis hæredibus recipienti omnia iura, & actiones reales, & personales, vtiles, & directas, quæ uel quas habebat, uel habere poterat aduersus Phili. & eius hæredes, & in ipsius bonis nomine, & occasione debiti x. lib. bo. quas ipse Phili. dicto An. ex causa precij quorundam pannorum & mezalana, dare & soluere tenebatur, ut patet in instrumento scripto manu talis no. Item aduersus Andream, & eius hęredes & in ipsius

sius bonis, nomine, & occasione debiti. 8. lib. bo. quas ipse And. dicto Anto. dare soluere tenebatur ex causa mutui, ut patet in instrumēto scripto manu mei no. infrascripti. Quæ instrumenta ei tradidit ibidem, & in præsenti constituens eum procuratorem tanquam in rem suam, ponens ipsum in locum suum. Ita quodammodo suo nomine actionibus, utilibus, & directis, possit aduersus prædictos. s. aduersus unūquēq; eorum, & eius hæredes, & in ipsius bonis, & in nomine occasione sui debiti agere, & experiri, excipere, & replicare, consequi, & se tueri, & petere ab unoquoq; debitū a se promissum, sortes, pœnas, dāna, expensas, ac interesse, & bona obligata, & omnia, & sin facere, quēadmodū ipse poterat. Et promittēs solēni sti Co. prædicto, prædictam cessionē, donationem, & omnia, & sing. suprascripta firma, & rata habere, & te. & non contraf. uel ueni. aliqua ratione, uel causa, uel de iure, vel de facto. Et ipsam donationē, nulla causa, uel ingratitudine reuocare. Sub pena duplici dictarū quantitatum stip. promissa, & refectione damnorum, & expensarum litis, & extra, & obligatione omnium suorum bonorum, & pœna soluta, uel non prædicta omnia, & sing. firma perdurent. Et no. quod si cessiones titulo donationis factæ excedant quantitatem. 52. lib. bo. seruari debet Bononiæ solemnitas illa, quæ scripta est in fine instrumenti donationis in primo cap.

Cedantur si iura habita ex iure cesso, ita scribes.

ANtonius ex causa vēditionis dedit, cessit, transtulit, & mādauit Cor. pro se, & suis hæredibus recipiēti omnia iura, & actiones reales, & personales, utiles, & directas, quæ, uel quas, habebat, vel habere poterat ex iure cesso sibi ab Anto. ut patet ipsius cessionis instrumento scripto manu talis nota, aduersus Phi. & eius hæredes, & in ipsius bonis, nomine, & occasione debiti 10. lib. bon. quas dictus Phi. dicto An. dare, & soluere tenebatur ex causa mutui, ut patet instrumēto scripto manu talis nota. Quæ instrumenta ipse Anto. dicto Cor. tradidit ibidem, & in præsenti, cōstituens eum procuratorē sicut in

re ſua,& ponens ipſum in locum ſuum,&c.ut *in primo* & ſecundo inſtrumento huius cap. No. quod ſi aliquis, alterius nomine ſtip.fuerit,ille cuius nomine ſtip. facta eſt directo non aget, niſi demum ceſſione ubi facta ab illo qui ſuo nomine ſtipu.fuerit, cuius ceſſionis inſtrumentum ſecundum infraſcriptam facies formam.

Ceſſio facta illi,cuius nomine ſti.fuit, ab eo,qui ſtip.eſt.

CVm hoc eſſet,quo Phi.ad debitum,& *in debito*.25, lib.bo.ex cauſa precij cuiuſdam quātitatis ferri ſe obligaſſet An.ſti.& recipiēti,uice,& nomine Cor. vt patet in inſtrumēto ſcripto manu *talis no. Idē Ant.* dedit, ceſſit, trāſtulit, & mandauit Co.*prędicto pro ſe*, & ſuis hæredibus recipienti omnia iura, & actiones *reales*, & perſonales utiles, & directas ſibi acquiſitas, uel ad ſe ſpectantes aut quas, vel quæ habebat,vel habere poterat ex ſti.prædicta a ſe,facta nomine ipſius Cor.contra dictum Phi. & eius hæredes,& in ipſius bonis, nomine, & occaſione debiti.Conſtituens eum procuratorem, vt in rem ſuam, & ponens ipſum in locum ſuum, ita quodammodo ſuo nomine, &c.ut ſupra habes in ſecundo inſtrumēto,huius capituli, uſque ad locū, ubi dicitur pro precio. Quia de precio, aut de altera cauſa nullā aliā facies mentionem,ſufficit enim cauſa, quæ in narratione ponitur in principio inſtrumenti.

Notula,cum caſus figuratione.

SVpereſt nunc, ut de ceſſione iuris habiti in re ex hypotheca,uel obligatione videamus.Et quia in hoc inſtrumēto multotiens a tabellionib.ſolet errari idcirco vt magis ipſius inſtrumētis naturā videas,exponitur caſus, ex quo ſolet hoc procedere, inſtrumenti. Eſt igitur caſus talis.Phi.habebat creditores plures, unū altero priorē,tēpore, quib.oīa bona ſua pro ipſis creditis obligauerat.Hinc.Phi. ex bonis prædictis obligatis uendidit. C. unam domū,conueniens cū eo,ut ex prædicto precio ſatisfaceret creditorib.ſuis.unicuiq; uidelicet prout eſſet prior, tempore.Ipſe uero Cor.ſatisfaciens primo creditori.

tori.vtputa An.Cessionem recepit ab eo de illo iure, qđ habebat in ipsa re vendita ex causa obligationis sibi facta de ipsa re occasione crediti sui, vt sicut ipse Anto.cunctis præferebatur creditorib.et cæteros excludere poterat, ita possit Cor.loco sui cuius cessionis forma hæc est.

Cessio iuris habiti, & in re, ex obligatione vel hypotheca.

ANt.de.cessit, transtulit, mandauit Cor.pro se, & suis hęredib.recipienti omnia iura, & actiones reales, & personales, vtiles, & directas, quæ, & quas habebat uel habere poterat aduersus Phil.& eius hęredes, et in ipsius bonis, et specialitet in quadā domo posita in strata Cast. intra tales confines, quam dictus Phil.dicto Cora.uendidit, ut dr̄ contineri, in instr̄o scripto manu talis not. nomine, et occasione obligationis, et hypothecè ad se spectantis specialiter in dicta domo, et generaliter in omnibus bonis dicti Phi.se obligatis pro debito, et ex cā debiti.c.lib.bo.quas dictus Phi.dicto An.dare, et soluere tenebatur, vt patet in instr̄o scripto manu ta.no.Quod instrumentum dictus An.ipsi Cor.tradidit ibidem, constituēs eum.procuratorem tanquam in rem suam, et ponens ipsum in locum suum. Ita quodammō actionib. directis, et utilib. possit suo noīe loco eiusdem An. dictam domū defendere iure obligationis hypothecè prædictæ, contra omnes alios creditores dicti Phi.siqui aliquo tēpore apparerēt, et nō ut possit aduersus ipsum Phi. et eius hæredes pro exactione ipsius debiti, agere nisi in casu euictionis, si sequeretur de re ipsa, uel parte pro rata. Et hoc ideo fecit dictus An.quia incontinenti post ipsam actionem cessam.idem Cor.præsente, et mādante, et his omnibus consentiente prædicto Phi. dedit et soluit ipsi An. c.lib.bon.de precio dictæ domus, prout ipse An.confessus, et contentus fuit tantā esse quantitatem.Promittens solemni sti.ipsi Co.prędictā cessionem, et omnia, et sing. suprascripta firma, et rata habere, et te. et non contrafa. vel ve.per se, vel alium aliqua ratione, vel causa de iure, vel de facto, sub pœna dupli dictæ quantitatis pecuniæ

cti p.promissa,& refectione damnorum, & expensarũ litis,& extra,& obligatione omnium suorum bonorũ. Et pœna soluta,vel nõ,prædicta oĩa,& sin.firma perdurent.

Fines remisiones,& refutationes non ualet,nisi quemadmodum cessiones istam causam. & titulum continent.

SVper est nunc, ut de instrumẽto finis,transactionis, & refutationis,& pacti de ulterius nõ petẽdo videamus.Sed notãdũ est,quod transactio de re dubia, & lite incerta nondum finita,& fit aliquo dato, vel retento, uel promisso.Pactum uero de ulterius nõ petendo fit super re certa, & potest gratuito fieri.Finis autem refutatio,& remissio huiusmodi,quodãmodo superaddũtur, & referuntur ad idem,licet nõ adeo ęquipolleant, quod diuersum nõ habeant modum signandi.Sed sciendũ est quod fines,remissiones, & refutationes huiusmodi non valent,nisi istã causam, uel titulum contineant,quẽadmodum cessiones, veruntamen transactiones titulo donationis fieri non possunt,quia fieri debent aliquo dato,retento,uel promisso ut dictum est.

Finis, & refutatio,transactio,& pactum de ulterius non petendo.

DOmina Ma.filia.q.domini Boetii ,& soror Au. fecit p se,& suos hęredes dicto An. eius fratri, filio, & hæredi.q.domini Boetii,pro se,& suis hære, recipiẽti, finem,refutationẽ,transactionẽ,& pactũ de vlterius non petendo,de omni iure,& actione, & omni eo, quod ad eam spectabat,aut spectare,uel pertinere poterat in bonis.q.patris sui, nomine, & occasione institutionis, seu successionis,aut hæreditatis, uel testamenti. q. dicti patris sui,siue falcidię ad se spectantis in bonis paternis in re naturæ,seu alia quacunque ratione, uel causa. Et hoc pro. c.lib.bon.quas contenta,& confessa fuit, se ab ipso Anto.habuisse,& recepisse, exceptioni sibi non datæ, & non solutę quantitatis pecuniæ omnino renuncians,vel sic,& hoc pro duobus.c.lib.Bon.in quib. pater suus eam

in suo

in suo testamento hæredem instituit, quas confessa, & cōtenta fuit ipsum Anto. eius fratrem pro ea, & eius mā dato, & uoluntate soluisse, seu soluere conuenisse in dotem, & dotis suę nomine domino Io. eius uiro, uel socero. Absoluens, & liberans eum, & eius hęredes, ac bona ipsius ab omnibus, & singu. quę prędictorum occasione, aut alia quacunque petere posset. Necnon promittens solemni stip. eidem Anto. litem, uel controuersiam, seu aliquam quęstionem ei, uel eius hęredibus, prędictorū occasione, uel alia quacunque per se, uel alium de iure, vel de facto ullo tempore nō inferre. Sed prędicta omnia & sing. perpetuo firma, & rata habere, & te. non contrafacere, uel uenire aliqua ratione, uel causa, de iure, uel de facto. Sub pœna. c. lib. bo. stip. promissa &c. Insuper, quia maior erat. 25. minor, tamen. 12. iurauit, &c.

Finis generalis & refutatio.

ANtonius fecit per se, & suos hęredes Cor. pro se, & suis hęre. stip. finem, & refutationem. transactionē, & pactum de ulterius nō petendo specialiter de debito. c. *lib. bo.* quas ipse Cor. dicto Anto. dare, & soluere tenebatur, *ut patet in* instrumento scripto manu talis nota. & generaliter de omni iure, & actione, & de omnibus, & sing. ad quę ipse Cor. dicto Ant. hactenus tenebatur, seu teneri poterat, nomine, & occasione alicuius debiti, siue rei uel occasione alicuius promissionis, uel obligationis sibi ab ipso Co. hactenus factę aut alicuius instrumenti, uel scripturę, siue alia quacunque ratione, vel causa. Et hoc ideo, quia confessus, & conten. fuit, se ab ipso Cora. habuisse, & recepisse dictas. c. lib. bo. & quia sibi integre solutum, & satisfactum est de omni debito, et re. et omnibus, et singu. ad quę sibi idem Cor. hactenus tenebatur in aliquo instrumēto, vel scriptura, siue ex aliqua causa exceptioni sibi non datę, & non solutę prædictæ quantitatis. c. lib. bo. & sibi non soluti, & non dati totius eius ad quod idē Co. sibi hactenus tenebatur, ut dictum est, omnino renuncians. Et uolens atque mādauit, prędictū instrumentū scriptū manu prędicti talis no. & aliud in-

strumentum vel scripturam, in quibus appareret ipsum Cor. fuisse hactenus dicto A. occasione aliqua obligatum ex nunc vana, & cassa & habita inefficacia, & cancellata. Nec non absoluens, & liberans eum, & eius hære. & bona per accepulationem, & aquilianam sti. legitime interposita m. Et promittens per se, & suos hære. dicto Cor. pro se, & suis hæredibus stip. litem, vel cõtrouersiã, aut quæstionem, ei, vel suis hæredibus prædictorum occasione, vllo tẽpore non inferre, sed prædicta omnia, & sin. firma & rata habere, & te. & nõ contrafa. vel ve. per se, vel aliũ, aliqua ratione, vel causa, de iure, vel de facto, sub tali pena stip. in sing. cap. huius cõtractus insolidum promissa.

Solutio, seu simplex confessio soluti debiti.

ANtonius fuit confessus, & contentus se habuisse, & recepisse, ac sibi integre datas solutas & numeratas esse a dicto Cor. 25. lib. bo. Quas dictus Cor. dicto Ant. dare, & soluere tenebatur, vt patet in instrumento scripto manu tali not. Quod instrumentum ei restituit ibidem, & in pręsenti, vt ex nunc sit vanum, & cassum, & habitũ inefficax, & cancellatum. Renuncians exceptioni sibi nõ datæ, & non solutę quantitatis pecunię, & omni alij auxilio. Necnon promittens solenni sti. eidem Co. prædictã solutionem, & omnia, sin. suprascripta firma, & rata habe. & te. & non contrafa. vel veni. per se, vel alium, aliqua ratione vel causa de iure vel de facto, sub pęna dupli dictæ quantitatis pecuniæ stip. promissa &c. ut supra.

Solutio partis temporis debiti.

ANtonius fuit confessus, & contentus se habuisse, & recepisse, ac sibi integre datas. solutas & numeratas esse a Cor. x. lib. bo. de debito, seu parte debiti decem lib. in quib. dictus Cor. ipsi An. tenebatur, vt patet in instrumento scripto manu talis not. Protestans tamen, & asserens, se ipsas. x. lib. bo. recepisse, & de ipsis sibi solutis cõfiteri, saluo iure omni suo ante solutionem, & post, tam in residuo dicti debiti, quam pęnis, dãnis, & interesse totius, & eiusdem debiti & omnibus, & sing. alijs sibi in di

cto

cto instrumento promissis. Et renuncians exceptioni sibi non datę, et non solutę dictę quãtitatis x.lib. bono. et omni alij auxilio. Necnon promittẽs solemni stip. dicto Cor. prędictam solutionem, et omnia, et sin. suprasc. etc. ut supra in proximo præcedenti instrumento.

QVINTVM CAP. INCIPIT, IN QVO infrascripti continentur tituli, videlicet.

IN hoc quinto cap. rerum mobilium, et immobilium. Necnon & operarum locationes, & conductiones, pręterea contractus innominati, & postremo instrumenta electionum, & priuilegium creandorũ tabellionum per ordinem continentur.

Locatio domus ad pensionem.

ANtonius concessit, & locauit Cor. ad pensionem domum unam positam in tali cõtrata, çuius tales dicunt confines, &c. hinc ad quinq; annos proximos. Et ꝑmittens solemniter, sine aliqua exceptione iuris, vel facti se obligãdo dicto Cor. pro se, et suis hęre. stipu. prędictam locationem firmam, et ratam habere, et te. et non contrafacere, uel uenire, sed prędictam rem locatam ipsi Cor. et suis hęredibus, hinc ad dictum terminum, legitimè defendere, aucto, et desbri. et ex ipsa, uel eius occasione aliquam, non facere dationem, donationem, obligationem, uel contractum cuius prętextu pñti locationi, vel ipsi conductori aliquod pręiudicium, uel damnũ contingere possit, quo minus ipse conductor dictam domum habere, hinc ad dictum terminum, per se uel aliũ, quę maluerit. uti ualeat, et tenere. Quapropter dictus Co. ꝑmisit solẽni sti. ipsi An. soluere, et dare eidem noie pẽsionis eiusdem domusquolibet anno 20. li. bo. et dimidiã in principio anni, reliqua uero dimidiam in tali termino. Quę omnia et sin. suprascr. promiserunt uicissim,

scilicet vnus alteri adinuicem, solemnibus stip. hincinde interuenientib. firma, & rata habe. te. & non contraf. vel ve. aliqua rõne vel cā, de iure vel de facto. Sub pęna l. lib. bo. sti. adinuicem inter ipsos promissa. qua soluta vel nō rata maneant omnia, & sin. suprascr. Item reficere, & restituere vnus alteri adinuicem oīa sin. damna & expensas, ac interesse, quod vel quas vnus occasione alterius, sine culpa contra pdictam venientis fecerit vel sustinuerit in iudicio, siue extra. Pro quib. oībus, & sin. firmiter obseruādis obligauit vnus alteri adinuicem oīa bona sua.

Locationis terræ ad superficiem in ea faciendam.

ANtonius concessit, & locauit ad pēsionem Co. pro se & suis hæredib. sti. & recipienti, quoddam casamentum positum in parochia Sanctæ Luciæ, quod cõuenit & esse dixit x. clusos, & eiusdem tales esse cõfines &c. hinc ad 25. annos proximos ad domum, & superficiem ędificandam, & construendam super casamẽto prędicto. Promittens solẽni stip. ipsum casamentum ei, & eius hęre. hinc ad dictum terminũ ab omni homine, & vniuersitate legitimè defendere, aucto. & desbr. & ex ipso vel eius occasione aliquam non facere dationem, obligationem, vel contractum, cuius prætextu præsenti locationi vel ipsi conductori, vel eius hęredibus aliquod pręiudicium, fiat vel quo minus ipse conductor dictum casamentum hinc ad dictum terminum per se & alium, quẽ voluerit vti valeat & te. occasione prędicta. Quapropter dictus Cor. promisit dicto An. pro se, & suis hære. recipiẽti domum, seu superficiem ędificare in eodem casāmento, & soluere, & dare eidem pensionis noīe casamenti pdicti quolibet anno xx. sol. bo. in festo Natiuitatis Domini. Hoc inter eos expressim acto, quod si locator dictum terrenũ, & cõductor superficiem suā aliquando infra dictum tẽpus vendere voluerit, teneatur vnusquisq; eorũ rem suam vendere, volens alteri denũciare, & eidem volenti emere, pro x. soldis minus, quam alteri personę vẽdere atque dare. Quod si is, cui denunciatum fuerit in-

fra.

fra 8. dies post istam denunciationem, ad emptionem recipiendam, & precium soluendum non obtulerit, ex tūc liceat vendere volenti, & cuicunque voluerit dare, conditione hac ullatenus non obstante, dummodo nullus fiat contractus, cuius prætextu dicta locatio hinc ad dictum terminum infringatur. Quæ omnia, & sing. suprascripta promiserunt, scilicet unus alteri adinuicem solemnibus stip. &c. vt in proximo dicto instrumento locationis domus ad pensionem.

Locatio equorum ad equitandum.

ANt. locauit, & cōcessit Cor. hic ad x. dies vnum Rōcinum ferantem cum comis, & zuffo, & cum vno freno, & sella, estimatum, & appreciatum cōi concordia & cōsensu locatoris, & conductoris 25. lib. bo. ducēdum, & equitādum usq; Florētiam. Cōfitens, & asserēs sibi ab ipso cōductore de mercede locationis, & precij fore ī pecunia numerata integre satisfactum, exceptione sibi nō datæ & non solutę mercedis oīno renuncians. Quapp dictus Cora. promisit solēniter sine aliqua exceptione iuris, vel facti se obligando dicto An. pro se, & suis hrdibus sti. dictum Roncinum bene, solicitè, & diligēter custodire, & saluare, pascere, actę. & in ipso custodiēdo, ac saluādo summam & exactissimam diligentiam, curam, & sollicitudinem adhibere. Necnon eundē Roncinū cū dicto freno, sella in nullo magagnatū viciatū, vel deterioratū, sed eiusdem bonitatis, soliditatis, & sanitatis, vt nūc est eidem, hinc ad dictum terminum restituere, & cōsignare. & domui suę soluere, & dare eidem hinc ad dictū terminum prędictam ęstimationem, videlicet 25. lib. bon. Suscipiens in se, & super omnem casum fortuitum, & euentum incendij, naufragij, ruinę, rapinæ, furti, violentię, hostilis aggressus vulnerum, suppositurae claudaturę, & subacturę mortis naturalis, & accidentalis, & cuiuscunque mortis, & omnem alium tam diuino, & humano iudicio, quia, ex quolibet genere culpę vel alias peruenientem, vel circa ipsum equum peruenire possit.

Quod

Quod si dictum equum cũ freno & sella æque sanum, & solidum ut dictum est, non restituerit, & consignauerit eidem, aut dictum æstimationem non soluerit in termino supradicto, uel si omnia, & sin. in hoc contractu contenta non obseruauerit aut in aliquo contrauenerit de iure vel de facto promisit eidem persoluere, atque dare duplum ipsius estimationis pene nomine in sing. ca. huius contractus stip. insolidum promissæ, quæ soluta, vel non, rata maneant omnia, & sin suprascr. & infrascr. præterea si contingerit eam restitutionem ipsius equi ita sani, & solidi, ut dictum est, aut ipsius æstimationis solutionem ultra dictum terminum dilatare, pacto ꝓmisit, & conuenit eidem persoluere atque dare quolibet die quo vltra dictum terminum dictam restitutionẽ, vel solutionem dilatauerit 11. sol. bo. nomine recompẽsationis damnorum, & interesse sub eadem pena, & ea soluta vel non predicta omnia, & sin. firma perdurent. Et nihilominus se soluturum estimationem, & recompensationem prædictam, vbicunque locorum, & fori, si credito. petierit ab eodem, & specialiter tpe fori Maij, & Aug. de bo. & in ipsis foris. Item reficere, & restituere sibi omnia & sin. damna, & expensas ac interesse litis, & extra, pro ꝗbus omnibus, & sin. firmiter obseruandis obligauit eidẽ omnia sua bona. Renuncians fori priuilegio, exceptioni doli, conditioni sine causa in factam actioni & exceptioni sibi non locati equi, & nõ habiti, & omni alij auxilio.

Locatio operarum ad opus scripturæ faciendæ.

ANto. promisit, & conue. solemniter sine aliqua exceptione iuris, vel facti se obligando dicto Cor. pro se, & suis hæredibus stip. scribere sibi unum digestum uetus in textu de tali forma, et littera, uel eque bona. Vt fecit, et scripsit in primo folio primi quaterni eiusdem digesti. Quam quidem literam ostendit, et ad eius similitudinem, & formam obtulit, et cõuenit illud digestum se scripturũ, et etiam si poterit, et sciuerit bona fide cõtinuãdo bene, diligenter, et fideliter dictum opus sine sui

vel

uel alterius operis interpositione, vsquequo dictũ digestum totum scriptũ fuerit,& cõpletum.Et hoc pro 20.libo.de quibus contentus,& confessus fuit idẽ An.se a dicto Cor.habuisse,& recepisse.10.lib. bon. exceptioni sibi non datæ,& non solutæ, & quantitatis omnino renuncians.Residuum autem ipsius summæ dictus Co.solemni sti.promisit ipsi An. soluere & dare eidem hoc modo. s.20.li.bo.duabus partibus ipsius digesti factis. Reliquas vero.10.lib.finito,& completo ipso tempore. Quæ omnia & sin.suprascripta promiserunt vicissim.s.vnus alteri adinuicem, solemnibus stip. hincinde interuenietib. firma,& rata habe.& te.obseruare, & adimplere, & non contrafa.vel ve.aliqua ratione, uel causa de iure, uel de facto.Sub pœna dupli dictæ quantitatis stip.in fin.causa huius contractus a quolibet eorum vicissim insolidum promissa.Item refice.& restituere unus alteri adinuicem omnia sua bona,& pœna soluta, vel non prædicta firma perdurent. Si vero fiat locatio & conuentio de aliquo opere faciendo,vtputa de murando,aut de domo ædificanda,vel de similibus,considera diligenter eam de quibus partes concordes fuerint, & promissionis unius ex vna parte continue pones, & postmodum subsequenter promissionem alterius demum ponas illam clausulam generalem.Quæ omnia, et sing.ut supra in proximo dicto instrumento.

Locatio & contentio de seruiendo.

ANtonius locauit,et pacto conuenit Cor.de operib. et seruitio sibi familiæ suæ præstando hinc ad vnũ annum proximũ, promittens solemniter sine aliqua exceptione iuris,uel facti se obligãdo dicto Cora. pro se,et suis hære.stip.fideliter, et sollicite facere quæcũque sibi et familiæ suæ, atque negocijs suis utilia crediderit, et quæcũque ab eo, uel familia sua bona fide præcepta fuerint,et res eius,et familiæ suæ, et cuiuscũq; alterius q̃ penes eũ fuerint fideliter, oĩ dolo, et fraude remota custodire,et saluare,et de ipsis furtum non facere,nec uolenti

consen-

uolentie, nullo totis viribus se opponere, necnon oēm facientem vel facere volentem aliquod furtum damnū vel iniuriam ipsi domino, quā cito hoc sciuerit, vel senserit, eidem manifestare, & credentias sibi ab ipso domino impositas fideliter retinere. Et hoc ideo quia dictus Cor. promisit, & conuenit solemni stip. dicto Mar. dare sibi decenter & debitè uictum, & uestitum, & calciamentum hinc ad terminum supradictum, pro suo feudo, & merito 3. lib. bon. s. dimidiam in tali termino, & reliquā dimidiam in fine anni. Quæ omnia, & sing. suprascripta promiserunt vicissim. s. vnus alteri adinuicem. solemnibus stip. hincinde interuenientibus, firma & rata habere & te. obseruare, & adimplere, & non contrafacere vel ve. aliqua rōne, vel causa de iure vel de facto. Sub pęna c. sol. bo. adinuicem inter ipsos stipu. promissa, & refectione damnorum, & expensarum hincinde litis, & extra, & obligatione bonorum vtriusque partis, & pœna soluta vel non prædicta omnia, & sin. firma perdurent. Insuper idem Martinus iurauit corporaliter ad sancta Dei euangelia, prædicta omnia, & singula a se promissa, firma, & rata habere, & te. obseruare, & adimplere, & non contrafacere, vel venire, per se, vel alium, de iure, vel de facto. Præterea dicti Mar. precibus, & mandatis Phi. se principalem constituens promisit principaliter, & insolidum sine aliqua exceptione iuris, vel facti se obligādo d. Cor. pro se, & suis hæredibus stip. se facturum, & curaturum, omni exceptione remota, quod dictus Ma. omnia & sin. a se promissa firma, & rata habebit, & te. obseruabit, adimplebit, & non contraueniet aliqua rōne, vel causa, de iure, uel de facto. Quod si non fecerit, & curauerit, vt dictum est, & propterea dictus Cor. damnum aliquod sustinuerit, ut quia dictus Mar. furtum, vel damnum ei faceret, & conseruabit ipse Phi. dictum Co. indemnē, sub pœna c. lib. bo. sti. promissa, & refectione damnorum & expensarum litis, & extra, & obligatione suorum bonorum omnium & pœna soluta vel non prædicta omnia, & sin. firma perdurent. Renuncians beneficio nouæ constitutionis, de fideiussoribus, & omni alij auxilio.

Locatio

Locatio seu conuentio facta de aliquo qui futurus sit discipulus in aliqua arte.

ANtonius posuit,& pacto dedit, Michaelē filiū suū magistro Co.cerdoni ad adiscēdā,& operādam artem calzolarię hinc ad quinque annos proximos. Promittens solēniter sine aliqua exceptione iuris, uel facti, se obligando dicto Cor.pro se, & suis heredibus stip. se facturum,& curaturum quod dictus Michael eius filius hinc ad dictum terminum pręseruabit, & continue cū dicto magistro Cor. morabitur & fideliter, & studiosè faciet, & operabitur quæcunque dictus magister sibi circa doctrinam,& exercitium ipsius artis præceperit, & res eius, & cuiuscunque alterius, quæ essent penes eum bona fide custodiet, & saluabit,& furtum nō faciet, nec uolenti facere consentiet, neque fugiet, uel discedet ab eo hinc ad terminum supradictum. Quod si aliquod eorum fecerit, satisfaciet pro hoc ipse An. Co. & eum indemnem seruabit,& specialiter faciet, & curabit, quod ipse Mich. quot diebus ante terminum pręter ipsis magistri uoluntatem discedet, uel remouebit a continuo exercitio dictæ artis, tot ei reficiet,& restaurabit in eodē operę,& exercitio ad suam uoluntatem post terminum supradictum,& quod dabit, & deferret idem magistro domum, suę unum anserem, s. & duas focatias, & duos capones quolibet anno in festo sancti Stephani Et hoc ideo, quia econtra dictus Cor. promisit dicto An. pro se,& suis hæredibus, & uice & nomine dicti Mi.sti. quod docebit & instruet ipsum Mi. bona fide in arte prędicta, & dabit eidem quolibet anno duos sotulares. Quæ omnia,& sin.suprascripta promiserunt uicissim. s. unus alteri adinuicem, solemnibus sti. hincinde interueniētib. &c.ut supra habes in primo instrumento huius cap.

Locatio seu concessio ad affictum.

ANtonius dedit,& conce.ad affictum Cor.pro se, & suis hæredibus recipienti ad utēdū, & fruēdū pro

certo

certo affictu,& redditu petiam unam terrę vineatę posi-
tam in curia sancti Georgij,cuius tales dicũtur cõfi. &c.
hinc ad.v.annos proximos.Promittens solemni stip.ipsi
Cor.pædictam concessionem firmam,& ratam,habere
& te.& non contrafacere, uel ue. sed ipsam rem hinc ad
dictum terminũ ab omni homine,& persona legitime
defen. aucto.& desbrigare & nullam dationem, obliga-
tionem,uel contractũ in ea re,uel eius occasione facere,
cuius prętextu dicta cessio infringatur. uel quo minus
ipse Cora.dicta re uti,& frui ualeat, hinc ad terminum
supradictum.Et hoc ideo, quia econuerso dictus Cora.
promisit,& conuenit ipsi Anto.pro se, & suis hęredibus
stip.dictam uineam bene colere,& cõseruare ipsam quo
que,& iura sua manutene.& ea uti,& frui fideliter arbi-
trio boni uiri, & nomine affictus,& redditus quolibet
anno dare. & referre sibi. Bo. domui sui omnib. suis ex-
pensis.10.corbes uini puri eius uidelicet, quod ex dicta
uinea percipietur,uel ęque boni,in fine uero termini vi
neam ipsam ęque cultam,& laboratam,& in eodẽ statu,
ut nunc est,sibi dimittere, & consignare. Quę ab omni,
& sin.suprascri.promiserunt uicissim.s.unus alteri adin-
uicem etc.per omnia,ut supra habes in primo instrumẽ
to huius ca. de locatione domus ad pensionem. Et no ꝙ
si molẽdinũ,aut terra detur ad affictum, similem formã
seruabis,ponendo tñ pacta,et cõuentiones, quæ agẽtur
inter partes,et uertendo uerbis cõgruentibus negocio.

Locatio,seu concessio terræ,& uineæ datæ ad laborandum.

ANtonius de.et concessit ad laborandum Cor.pro se
et suis hær.recipienti unã petiam terræ arratoriæ
uineate positã in uilla Bagnarolę, in loco q̃ dr̃ fundus,
iuxta Pet. ex vna parte, et iuxta Mar. ex altera, hinc ad
quinque annos proximos. Promittens hanc concessio-
nem firmam, et ratam habere et tene. obseruare hinc ad
terminum supradictum.Et ecõtra dictus Cor. promisit,
et conuenit solemni stipu. dicto An. prędictam terram,
et uineam uidelicet, qua arratoria est congruis tẽpori-
bus bene arrumpere,remeare,et terzare, et quarto sul-

cu-

cũ seminare, omnibus suis expẽsis, & seminibus, siue cũ dimidia suorum seminũ, reliqua dimidia sibi a domino concedenda. Illa uera quæ uineata est, quolibet anno, suis temporibus, bene putare, releuare. ligonizare, & remeare omnibus suis palis, & perticis, atque iuncis, se pes. & fossata loci prædicti bene manutenere, ipsam quoque uineam propaginare ubicũq; fuerit opportunũ, & arbores non incidere cõtra domini uoluntatem, & quolibet anno contrahere, & ponere in ipsam terram, & uineam 10. currus proprij letaminis. Preterea segetes metere, triturare, uuas uindemiare, cęterosque fructus colligere omnibus suis expensis, & laboribus, fructuum omnium percipiendorum ex possessione prædicta. s. blado uuarum, & cęterorum fructuum tam arborũ, quam aliorum dare, & consignare, & deferre eidem Bo. domui suę dimidiam bona fide, suis temporibus, omnibus suis expensis. Quæ omnia, & sin. suprascrip. promiserunt uicissim. s. unus alteri adinuicem solẽnibus stip. hincinde interuenietibus, firma, & rata habere, & te. &c. ut in primo instrumẽto de locatione domus ad pensionẽ. Et no. ꝙ si fuerit solũmodo uinea, aut terra, quæ dabitur ad laborãdum summes ex forma prædicta contractũ secũdũ naturam negocij, & secundum pacta inita inter partes.

Locatio, seu concessio bonum datorum ad laborandum.

ANto. fuit contentus, & confessus se habuisse, recepisse ad laborãdũ ad quartã partẽ lucri, vel damnia Cor. duos boues. s. unũ bouellum cũ cornibus apertis, & aliũ roseum cũ cornib. leuatis precij, & ęstimationis. 25. lib. bon. hinc ad unum annum proximum. Promittens solemni stip. d. Cor. se ipsos boues fideliter, & diligenter custodire, & saluare, pascere, ac te. omnibus suis expensis. Ipsosque non uendere. alienari uel obligare sine expressa domini licentia, & mandato in se dictorũ bouum semper dominum reseruantis. Ita ꝙ a quęcunq; altero possidente, pleno iure ualeat uendicare. Et pro summa dictę quartę partis sui laborerii dare, & deferre.

re eidem bono. domui suæ duodecim corbes frumenti boni pulchri,& nitidi in festo sanctæ M. mẽsis Aug. in fine vero termini dictos boues, aut prædictã ęstimationẽ cum quarta parte lucri, siue tantum minus ipsa æstimatione, quantum fuerit quarta damni, ipsi domino dare & consignare. Veruntamen si dicti boues, aut alter eorum ipsius laboratoris, aut eius nuncij, uel familiaris culpa, dolo, fraude, uel mala custodia perierit, aut deuastatus, uel perditus fuerit ad ipsum laboratorem spectet singulariter totum damnum. Et si contigerit eum ipsos boues per octo dies ultra dictum terminum retinere, quin eos, uel dictam æstimationem consignet, ut dictum est, tunc deinde ad unum annum, & sic de singu. annis ipsos a domino retinere, & eisdem pactis, & conditionibus teneatur, si de ipsius domini processerit uoluntate, quia sic actum est inter eos. Quæ omnia & sing. supsascri. promisit idem An. ipsi Cor. pro se, & suis hære. stip. firma, & rata habere, tene. & non contrafacere, uel uenire aliqua ratione, uel causa, de iure uel de facto, Alioquin promisit eidem persoluere, atq; dare duplum ipsius æstimationis, & precij, pœnæ nomine stip. in sing. cap. huius contractus insolidum promissæ. qua soluta, uel non rata maneant omnia, & sin. suprasc. & infrasct. Et nihilominus unumquodque prędictorum, prout promisit, & conuenit, se restituturũ, soluturum, & daturum ubicunque locorum, & fori, si ipse Co. petierit ab eodẽ, & specialiter tempore fori Maij & Aug. de bo. & in ipsis foris. Item reficere, & restituere sibi omnia & singula damna, & expensas, ac interesse litis, & extra, & de his credere suo simplici uerbo sine sacramento, uel alia probatione. Insuper promisit præceptum recipere a communi bo. de prædictis omnibus & sing. adimplendi, hinc ad tertiam diem sub pœna. 10. lib. bo. sti. promissa, & pęna soluta uel non, prædicta omnia, & sin. firma perdurent, ex dicta causa, & omni alii auxilio. Veruntamen nota quod contractus prædictus maledictam usuræ cõtinet prauitatem. Quod ideo dictum est, quod illi, qui tale pactum, se legitime facere posse putant, ab hac erroris

toris, & pacti via resistant, sed ex omni concessione sumi potest cōtractus rationabilis, & fidei, dummodo formam prædictam in tribus mutaueris locis, quia vbi dicitur ad quartam partem lucri, vel damni, dices solummodo ad quartam partem lucri. Secūdo vbi dicitur, siue tñ minus ipsa æstimatione, quantum fuerit quarta dāni, dices, siue tātum minus ipsa ęstimatione, quantum fuerit totum damnum. Tertio postquam dixeris, ad ipsum laboratorem spectet sing. totum damnum, addes hoc. Et si diuino iudicio vel fortuito casu perierit, totum damnūm ad dñm pertineat antedictum, & ita erit cōtractus bonus, & iustus, quia dñs bene recipit in se diuinum iudicium, quod quidem diuinum iudicium in animabus & corporibus nostris euitare non possumus, quanto magis ergo illud in rebus recusare non debemus?

Socidum ad saluum capitale.

ANt. fuit confessus, & contentus se habuisse, & recepisse in socidam ad saluum capitale a Co. vnā vaccam brunellam precij, & æstimationis. 10. lib. bo. Promittens solemni sti. dicto Co. dictam vaccam, & omnem futurum eius fœtum, & fructum diligenter, & fideliter custodire, & saluare, pascere, ac tenere omnib sin. sumptib. & expensis. Et ipsam vaccam, aut aliquem eius fructum vel fętum non vendere, vel alienare sine domini licentia & mandato speciali, in se semper dominium reseruantis, ita ꝙ possit eam a possidente quolibet vendicare. Et fructib. de vero, & fœtibus vaccæ prædictæ prioribus videlicet, qui ex ipsa sumentur, tantum ipsi domino consignare, & dare quousque sibi de ipso capitali precio ad integrum satisfaciat. Et eo capitali consignato, & dato, totius eius, quod ab inde supererit dimidiā dare domino supradicto. Veruntamen si vacca prædicta, aut aliquis eius fructus, vel fętus ipsius An. vel eius nuncij, siue familias, culpa aut dolo, vel mala custodia perierit, aut perditus, vel deuastatus fuerit, dicto domino restituat ad integrum preciū supradictū, cū omni dāno, vel inter-

esse suo, sed si diuinum indicium, uel fortuitus cōtigerit casus, tunc spectet damnum ad dñm totum. Quæ omnia, & sin. suprascr. Idem An. promisit solemni sti. dicto Cor. firma & rata habere, & te. & obseruare, non contrafacere, uel uenire aliqua rōne uel causa, de iure, uel de facto, sub pœna dupli dicti precij stip. promis. & refectione damnorum, & expensarum, litis, & extra, & obligatione omnium suorū bonorum, & pœna soluta vel nō prædicta omnia, & sin. firma perdurent. Renuncians exceptioni sibi non datæ, & non habitę uaccæ ex causa, & pacto prædicto, ut dictum est, & omni alij auxilio.

Socidum pecudum sub alia forma.

Ant. fuit confessus, & contentus se habuisse, & recepisse in socidam a Cor. 25. pecudes precij, & ęstimationis 20. li. bo. hinc ad tres annos proximos. Promittēs solemni sti. dicto Cor. dictas pecudes, & oēs ipsarum futuros fructus, uel fœtus fideliter, & diligenter custodire, & saluare, pascere, ac tenere omnibus suis expensis. Et ipsas aut ipsarum, aut fructus, uel fœtus non uendere, uel alienare sine licentia ipsius dñi in se semper dominium reseruantis ita quod possit eas a possidente quolibet uēdicare. fructuum uero, & fœtuum, ipsarum ouium. s. agnorum, lanæ, & casei dimidiam bona fide dicto dño ad uoluntatem suam consignare, & dare, & in fine termini zeppos, s. ipsas easdem pecudes socidę supradictę uel illas, quæ ex eis tunc tpis extabunt, ipsi domino restituere, & consignare. Veruntamen si dictæ pecudes, aut aliqua ipsarum, uel earum fructus, uel fœtus ipsius Ant. siue eius nuncij, seu familiaris culpa, aut dolo, uel mala custodia perierint, aut perditi, uel deuastati fuerint, totum damnum spectet ad eum. Si uero diuino iudicio uel fortuito casu hoc euenerit, ad dictum dñm spectet damnum, dummodo ipse An. de hoc ipsi dño per pręsentationem corij pecudis mortuæ, uel aliter faciat fidem plenam. Quæ omnia, & sin. suprascr. &c. ut supra in proximo dicto instrumento.

Electio

Electio presbyteri, aut rectoris ecclesiæ.

CVm defuncto bonæ memoriæ dño Candulfo sacerdote, & rectore ecclesiæ sancti Alberti vacaret ipsa ecclesia sacerdote, & propterea in substituendo successore infrascripti parochiani dictæ ecclesiæ, ad sonum campanæ per nuntium solemniter requisiti, in eadem ecclesia conuenissent: scilicet talis facta tandem inquisitione diligenti, & spiritus sancti gratia inuocata, ad honorem Dei, & beatæ virginis Mariȩ, sanctiq; Alberti, & omniũ sanctorum, in certos ibi nominatos, plena concordia, & consensu in dominum Petrum Benalium, virum vtiq; multa honestate prȩditum unanimiter consenserunt, & ipsum in presbyterum, & rectorem, dictæ ecclesiȩ postulauerunt, eligendo, & postulando eligerunt, vt hoc modo, vel quocunque alio, quo ipsa electio ualere potest, & melius tenere, ualeat, & teneat pleno iure.

Electio de aliquo facto Abbate alicuius monasterij per formam compromissi facto.

CVm olim bonȩ memoriæ domino Phi. Abbate monasterij S. Prosperi, uiã uniuersæ carnis ingresso, & in eadem ecclesia ipsius corpore tumulato, fratres, & monachi eiusdem monasterij ad tractãdum de futuri pastoris substitutione in ea cõuenissent considerantibus eis, qđ potius in paucis sæpè senioris consilij spiritus uenit uno consensu, & unanimi uoluntate tres ex ȩis. s. dominum T. dominum B. & dñm M. utputa fidelissimos, uitos, pro futura facienda electione pastoris. Reliqui oẽs ibidem cõntinuo elegissent, ipsam eis electionem, & omnem super eandem electionem ipsorum omnium, uices totaliter committẽtes, & plenam eis aucto. potestatem, & licentiam dantes illum in pastorem, & Abbatẽ ipsius monasterij eligendi, quem pro bono statu ipsius monasterij in spiritualibus, & temporalibus viderint, & decreuerint meliorem, ijdem domini T. B. & M. discedentes in partem, & orãtibus eis, spiritus sancti gratiã inuocantes, post sollicitã, & lõgã æstimationem, considerata dñi

Io. honestate, prudentia, moribus, & uita multiplici sanctitate, & ex auct. & potestate eis tradita in ipsum dominum Joan. unanimiter consenserunt, & inuocato nomine Patris, & filij, & spiritus sancti, uice, & nomine omnium fratrum, & totius cap. prædictorũ ipsum nominauerunt eligendo, & elegerunt nominãdo in pastorem, & Abbatem monasterij antedicti, electionem ipsã mox corã dicto ca. publicantes, & de ijs omnibus mihi infrascripto nota. publicum mãdantes conficere instrumentum.

Electio de aliquo abbate alicuius loci per formam scrutinij facto.

CVm defuncto olim bonæ memoriæ domino Phi. Abbatẽ monasterij sancti Prosperi viã vniuersę carnis, ingresso, & ipsius corpore in eadẽ ecclesia tumulato, fratres, & monachi eiusdem monasterij, hi uidelicet. ad quos successorũ spectet electio, & ad tractãdũ de futuri pastoris substitutione in ca. uenissent, & uno consensu, ac unanimi uoluntate tres ex eis. s. dominum B. dominum M. & dominum T. per inquisitionem diligẽti scrutinio uotis fratrum. Reliqui omnes continuo elegissent, & idem domini B. M. & T. discedentes in parte ex commisso eis officio, et concessa eis auct. prædicta, primo ad se dominum Iacobum uocauerũt, adiurantes enim per Deum uiuum ut cum nomine, in quem ex uoto consensit, & quem credit pro bono statu ipsius monasterij in temporalibus, & spiritualibus meliorem. Ipso itaque domino Ia. nominante protinus dominum Ia. consentientem in ipsum, eodemq; cõsensu, & nominatione scripta subsequenter talem alium uocauerunt, quo ẽt per Deũ uiuum modo simili adiurato nominauit talem, et cõsensit in ipsum, quo consensu, et nominatione scripta, deinde talem alium uocauerunt ipsum, eodem modo etiam adiurantes, qui talem nominans consensit in ipsum, unde hac nominatione scripta, de sin. postquam autem ipsi tres, cæterorum fuerint nota scrutati, examinauerunt, eadem adiuratione præmissa, hoc modo adinuicẽ semet

ipsos,

ipsos duo .n. ex eis tertiũ adinuicem sunt scruta. & ita diligenti inquisitione, ut dictum est de se ipsis facta, dictus dominus T. nominauit talem, & cõsensit in ipsum, & dictus do. B. nominauit talem, & consensit in ipsum, & dictus domi. M. nominauit talẽ, & consensit in ipsum. Igitur singulorum fratrũ uotis sigillatim, & secreto scrutaris, diligẽtissime inquisitis eisdem in scriptis redactis dictis tres sua, & prædictorũ aliorum uota omniũ fratrũ mox in præsenti totius capituli publicauerunt, ipsa legi per ordinẽ facientes, & cum facta fuisset diligenter collatio zeli ad zelum, numeri ad numerum, & meriti ad meritum. q. ratione zeli, numeri, & meriti, uota fratrũ nominantium eundẽ dominũ Iacob. & consentientiũ in eundem, sunt plura, & potiora reperta. Surgens incõtinẽti unus de seniorib. & v3 do. Michael de uolũtate ipsius ca. fratrũ uice, & nomine ipsorũ fratrũ, & totius ca. inuocata gratia spiritus sancti, ad honorem Dei, & beatæ Mariæ uirginis, & sancti Prosperi, omniumque sanctorum prædictum dõnum Ia. elegit in pastorem & abbatẽ monasterij antedicti, electionem ipsam coram omnibus fratribus, & toto cap. publicans subsequenter, & sic dicta electione ipsi domino Ia. protinus nunciata, licet ex humilitate plurimum excusaret, & se insufficientem assereret, & indignum, fratribus tamen instantibus uehementer timens diuinis dispositionibus contraire, & propterea iugo domini, & uoluntatis Dei ceruicem cordis humilians diuinæ pietatis auxilio inuocato, ex quo collisit erectio, & lapsus donatiui, uirtus assentiendum duxit licet timide, deuote, tamen ac humiliter uotis fratrum, electionem ipsam, officium, & onus impositũ suscipiens & acceptans. Itaque fratribus magna exultatione gaudentibus, psallentibus, & cantantibus altis uocibus. Te Deum laudamus, Campanis pulsantibus, ipsum dõnum Ia. sumentibus, & ducentes in ecclesiam supradictam, inuocato nomine patris, & filij & spiritus sancti, eundẽ in sedem, pastorem, & abbatem, cum cordis iubilo posuerunt mandantes mihi infrascripto nota. pub. conficiã instrumentum.

Priuilegium creandorum notariorum ab aliquo auctoritatem habente concessum.

DE imperialis plenitudine potestatis in egregios viros cōmittēs de pauco, iccirco creandorū tabellionū iurisdictio emanauit, ut eidem iurisdictionis gratiā imperij refunderent in subiectos ea propter ex indulto eis super hoc ab imperiali culmine priuilegio speciali, vt in eodē euidētius continentur. Vir nobilis dñs An. comes pro pauico. An. Boetij publicū authēticū tabellionē creauit, & fecit, ipsumq; flexis genibus deuote suscipiente, de arte ac officio tabellionatus, publice operando, tam in instrumentis, & ultimis volūtatibus, & quibuscūq; iudiciorū actis auctētice conscribendis, quā in oībus, & sin. faciendis, q̄ ad officiū dictum spectant, per oēs terras, & loca, quæ Ro. profitētur. Imperiū cū penna, & calamario legitime inuestiuit. Qui An. ipsi domino Comiti uice, & nomine imperij Ro. recipiēti corporale præstans fidelitatis debitę sacramentū iurauit et ad sancta Dei euā. tā instrumēta pu. qua priuata, ultimas uoluntates, quęcūq; iudiciorum acta, & oïa & sin. q̄ ex debito ipsius officij faciēda occurrerint, & scribēda iuste, pure, ac fideliter, oīsti mulatione, ac machinatione, falsitate, & dolo remotis, scribet, leget. & faciet, & scripturas illas quas in pu. debuerit formā redigere in mēbranis, & nō in chartis abrasis, legaliter conscribet. necnō snias, & dicta testium quousq; pu. fuerint, & aperta, sub secreto fideliter retinebit. Et omnia recte faciet, quæ ad idem officium pertinebūt.

SEXTVM CAP. INCIPIT, IN QVO infrascripti continentur tituli, videlicet.

HABENTVR in hoc operis sexto cap. cōpromissi, laudi, pacis, & cōcordie, societatis, & diuisionis, & denunciationis disposita per ordinem instrumēta.

Compromissi forma.

DE lite, & super lite, & cōtrouersia, quę vertebatur, & erat

erat inter An. ex una parte, & Co. ex altera. Quæ quidem talis erat, petebat, nãque dictus An. a dicto Cor. c. lib. bo. quas dicebat ipsum Cor. sibi debere occasione societatis, seu ratione societatis, hactenus inter eos habitę ad pannos emendos & uendendos. Quod quidem dictus Cor. negabat, & ipse Anto. ex una parte, & Cora. ex altera, compromiserunt cõiter, & concorditer in Philip. tanquã in arbitrum & arbitratorem, amicabilem cõpositorem, dispensatorem & bonum uirũ, promittentes per se & eorum hære. adinuicem, scilicet una pars alteri solemnibus stipu. hincinde, interuenientibus, & ipsę ambę partes dicto arbitro, & arbitratori pro se, & suis hæredi. stipu. stare, parere, obedire, & non contrauenire, aliqua ratione, uel causa de iure, vel de facto omni laudo, & arbitrio, dicto, diffinitioni, & pronunciationis eius, quæ uel quas inter eos, super prædictis aut aliquo eorum, uel prædictorum occasione, fecerit dixerit, pronunciauerit, diffiniuerit, aut arbitratus fuerit cum scriptura, uel sine, semel uel pluries diebus feriatis, & non feriatis, sedendo & stando. Quandocunque, & quocunque, qualitercunque, & ubicunque, cum iuris cognitione, & omni iuris solemnitate, & cognitione omissa, partibus, & præsentibus, & absentibus, dum tamen citatis, nulloq; prætermisso obstante, sub pœna l. lib. bono. stipu. adinuicem inter eos, & ipsis ambobus dicto arbitro, & arbitratori in singu. capit. huius cõpromissit & laudi seu arbitrij ferendi insolidum promissa. quæ totiens insolidum committatur exigi possit, quoties contrafactum fuerit, & refectionem damnorum, & expensarum litis, & extra, & obligatione bonorũ utriusque partis, & pœna soluta, vel non hoc compromissum, & laudum seu arbitrium ferendum nihilominus obtineat plenam firmitatem. Nota quod differentia est inter arbitrum, & arbitratorem, nã arbiter est, qui iudicis partes sustinet, & qui cognoscit ordinario iudicio, sicut iudex, & ab huiusmodi sentẽtia appellari non potest, & sententia huius dicitur arbitriũ. Arbitrator est qui non obseruato iuris ordine cognoscit, & diffinit amicabiliter inter partes, & pronuncia-

tro hæc dicitur laudum, & ab hoc potest appellari, & illud potest reduci ad arbitriū boni uiri. Item scias, quod arbiter esse prohibetur maior. xxv. annis, & furiosus, & seruus, & femina, & hi qui iudices esse non possunt, quia instar iudiciorū huiusmodi arbitria sunt redacta. Arbitratores autem multi esse possunt arbitri. s. iudices ordinarij, ut consul, præses prouinciæ, & etiam monachi. Notio insuper arbitrij expirat instantiæ finito tempore iudicij. i. triennio, propterea personæ quæ in arbitrium compromittunt, tales esse dicunt, quæ stare in iudicio, & subire iudicium possunt. De crimine in arbitrium compromitti non possunt, sed in arbitratorem. Insuper in compromissis debet apponi pœna. Item arbiter uel arbitrator non potest super alio arbitrio arbitrari, vel laudari, quam super eo, quod in cōpromisso cōtinetur, quia non potest excedere fines compromissi, vel mādati. Aliquis etiam non potest compelli recipere compromissum, sed receptum cogitur consumare, nisi iustā habeat excusationem, quam quidem habere potest ex multis causis. Cæterum scias, quòd aliquando sit compromissum solummodo in arbitrium, aliquādo solummodo in arbitratorem, aliquando in arbitrium, & arbitratorem simul, ut supra in prędicto instrumento.

Laudum seu sententia arbitramentalis ab arbi. & arbitratore lata.

IN Christi nomine amen. Ego Phi. electus communiter, & concorditer arbiter, & arbitrator, & amicabilis compositor ab An. ex una parte, & Co. ex alia super lite, & de lite, & controuersia quæ vertebatur, & erat inter ipsos, prout compromisso ab eis in me facto euidentius cōtinetur, habita deliberatione seleni, & auditis. & intellectis omnibus, quæ sub questione prædicta dicere, & ostendere uoluerunt, & utriusq; partis diligenter inuestigata, & cognita uolūtate ꝓ bono statu pacis, & cōcordię ex uigore cōpromissi in me facti. Dei nomine inuocato, laudo, arbitror, dico, pronuncio, atq; mando, quod dictus Co. det, & soluat, ipsi A. ex. lib. bo. s. tertiam

tiam

tiam partē hic ad pascha resurrectionis domini, et aliā tertiam partem deinde ad unum annum. Reliquā uero & ultimam tertiam partē hinc ad festum sancti Pe. mē. Iunij proximi. pro his qua peruenerunt ad manus dicti An. rationibus societatis prædictæ Et quod una pars alteri adinuicē de omnibus, et sing. alijs, quæ unus ab altero, occasione, uel prætextu societatis prædictæ petere poterat faciat finē, refutationem, diffinitionem, et pactum de ulterius non petendo per solemne, et pu. instrumentum hodie per totam diem. Et hęc omnia et sing. laudo, et pronuncio, atq; mando fieri, obseruari, et adimpleri, sub pœna in cōpromisso apposita seu addita, et in fin. c. laudi, et compromissi, si contrafactum fuerit, cōmittendi saluo, et reseruato mihi iure arbitrij, et quolibet prædictorum et potestate declarandi, et interpretandi super prædictis ubicunque & quandocunq; fuerit opportunum, & super prædictis & prædictorum occasione iterum, semel & pluries pronunciandi utraq; parte præsente ad hoc laudum, & arbitrium audiēdum, uel dicto A. præsente ad hoc laudum, & arbitrium audiendū: ipso uero Co. absente, licet legitime, & peremptorie citato. Si uero ambæ partes præsentes fuerint, & amologent, & cōfirmēt laudū. ita dices ambobus partibus & incōtinēti laudū & arbitrium amologantibus & confirmātibus, su pradictū. Et no. quod si fuerit arbiter duntaxat, qui ferat arbitriū, & qui cognouerit de lite ordinario iudicio, debes uti diffinitiua snia, ut infra habebis in ca. de iud.

Pax & concordia.

ANtonius ex una parte, & Cor. ex altera, fecerunt ad inuicem, osculo pacis uicissim inter eos ueniente, pacē perpetuā, finem, remissionem, atq; concordiam specialiter de uulneribus, quę dicebantur illata esse ab vno alteri uicissim, de quibus quidem uulneribus erant accusationes hincinde factæ, & generaliter de omnibus iniurijs, & maleficijs, offensionibus, siue contumelijs dicto, uel facto illatis ab una parte alteri. Promittens inuicem per se, & eorum hæredes, s. unus alteri uicissim

solem-

solemnibus stip. quod super accusationibus factis prędictorum occasione, per se uel alium ulterius non procedent, nec aliquas de nouo instituent, nec institui consentient. nec etiam aliquis eorum operam dabit, quod a potestate uel eius iudicibus pro in quæstione, uel alio quocunq; modo aduersus alterum procedatur. Super prędictam, pacem, finem, remissionem, atq; concordiam & omnia, & sing. suprascripta perpetuo firma, & rata habebit, & tenebit & non contrafac. per se, uel alios, aliqua ratione, uel causa, de iure, uel de facto. Sub pœna. c. lib. bo. stip. inuicem inter ipsos in sin. t. huius contractus in solidum promissa, & refectione damnorum, & expensarum litis, & extra, & obligationem omnium bonorum utriusq; partis, & pœna soluta uel non, prædicta omnia & sin. firma perdurent. Nota tamen, quod si non fiat pax, sed sola concordia, finis & remissio, tunc subtrahes hoc, quod dictum est, scilicet pacis osculo interueniente, pacem perpetuum, & hanc dictionē pacem, ubicunq; de ea in instrumento sit mentio. Item si contigerit iniuriam, uel offensam ab una parte alteri factam esse, tūc fiat pax, siue remissio, & concordia ab illo, qui iniuriam receperit, ei qui intulerit, & non erit tunc mutua concordia, & remissio, sed solummodo simplex. Item not. quod paces, seu concordiæ, & remissiones aliquando fieri solent per procuratores, quod si fient, facies, quod constituantur specialiter ad hoc, & faciens in instrumento pacis mentionem, ex quibus instrumentis procuratores sunt, & quod ipsi ad hoc specialiter constituti pro curatorio nomine pacem faciāt, & multa alia circa hæc interuenire solent, secundum diuersa pacta inita inter partes quę omnia exprimi non possent, sicut nec omnes hominum uoluntates.

Societatis instrumentum.

ANtonius ex una parte, & Cor. ex altera mercationibus, & negociationibus quibuscūque tā pannorū quam aliarum quarumcunque rerum, de quibus negociandum, & mercandum concorditer decreuerunt, so

cie-

cietatem hinc ad tres annos adinuicem contraxerunt. In qua quidem societate pro suo capitali dictus Anto. contulit,& posuit. 200.lib.bo. prout dictus Cor. confessus,& contentus fuit, exceptioni non collatæ, positæ, & non consignatæ ab ipso An. in dicta societate quātitatis pecuniæ prædicto, omnino renuncians ipse Cor. in eadem societate pro suo capitali posuit, & contulit. c.lib. bono. prout dictus An. confessus, & contentus fuit, exceptioni non positæ, collatę, & consignatæ ab ipso Cor. in dicta societate quantitatis prædictę omnino renuncians, qua propter ipsi An. & Cor. promiserunt adinuicem per se,& eorū hære.s. unus alteri uicissim, solemnibus stip. hincinde interuenientibus, fideliter, & studiosè negociari, atque mercari, & promouere societatem prædictam,& in ea lucrum, & profectum sollicitè procurare,& res, & bona ipsius societatis diligenter custodire, & saluare, quicquid ex ipsa societate, uel eius occasione ad manus alicuins eorum peruenerit in eadem societate ad integrum consignare, & debita non contrahere uel credentias facere sine amborum vnanimi concordia, & consensu. præterea rationes societatis ostendere, & uidere & facere quādocunq; unus alterum de hoc duxerit requirendum. Insuper commoda, profectus, & lucra, & etiam quod absit, damna, si contigerit, communicare & participare adinuiciem secundum quòd libra capitalis uniuscuiusque contigerit in fine uero termini, vel anni si concordes fuerint, deducto, & detracto ab uno quoque ipsorum capitali suo prædicto, si superfuerit lucrum, illud fideliter adinuicem diuidere. Ita quòd ex eo ad unumquenque eorum tantum spectet, & perueniet, quantum pro rata capitalis uniuscuiusque continget. Quæ omnia,& singu. suprascripta promiserunt uicissim &c. ut in instrumentis vicissitudinis,& mutuę promissionis.

Diuisio.

ANto.& Cora. fratres filius.q. Ioan. uolentes ob diuisionem omniū infrascriptorum bonorū inter ipsos

com-

communiūm peruenire fecerunt de ipsis bonis cōmuni concordia duas partes, ponentēs & designātes in vna parte talem domum, positam in tali loco intra tales confi. item vnum tinatium, & duas vegetes. & tales & tales &c. Quæ quidem pars de communi ipsorum concordia, & vtriusque cōsensu ipsi An. peruenerit in partem, & eam ipse An. de ipsius Co. uoluntate pro sua portione elegit, & accepit de ea se contentū uocauit, & dixit saluo tamē quod de infrascri. adiectione inferius exprimetur. In alia uero parte designauerunt, & posuerunt unam petiā terræ aratoriæ positam in tali loco intra tales cōfi. Item talē & talem rem: Et hæc pars communi concordia cū utriusque consensu ipsi Cor. peruenit in partem. & eam de ipsius An. uoluntate pro sua portione elegit, & accepit, & ea se contentū uocauit, & dixit. Hoc tamen inter ipsos acto, & dicto, quod quia dicta pars Cor. melior est parte An. supradictam, debeat ipse Cor. dare, & soluere ipsi An. pro æquiualentia, & coæquatione suæ partis ad dictam partem An. 20. lib. bon. hinc ad festum nati. domini, & de ipsis soluendis ei solemnem promissionem, & obligationem facere, & publicum instrumentum. item actum est expressum inter ipsos, quod si quo tēpore alicui eorum litem, vel quæstionem moueri contigerit de aliqua rerum aliarum, quæ sibi obuenerint in partem, communibus expensis procuretur, & testetur in lite, & res de qua lis mota fuerit, expensis communibus defendatur, & si euinci contigerit, damnum inter eos pariter sit commune. Quam diuisionem, & omnia & sin. sup. perpetuo promiserunt adinuicem, per se & eorū hæ. s. vnus alteri uicissim, solennibus stip. hincinde interuenientibus, fir. & ra. ha. & tene. ut in instrumēto arrarum primo uidelicet huius operis. No. tamen quod huiusmodi diuisiones aliquādo fiunt per compromissum, vt quia nō possunt consortes concordare de partibus, cum promittunt in alium, & in hoc reducitur ad naturam compromissi, & laudi aliquando ordine iudiciario porrecto libello. Et no. etiam, quod si fiat diuisio de bonis hæreditatis, dicitur diuisio fa. herciscundæ. Si fiat de aljs rebus

commu-

communibus, vt puta de rebus societatis, vel alijs communibus, dicitur communi diui. Et solent in huiusmodi contractibus multa, & diuersa fieri pacta, & conuentiones, quæ omnia propter multiplicitatem sub breui non possunt comprehendi forma.

Denunciatio.

COr. denunciauit, & dixit An. quod domum quandam positam in tali loco intra tales conf. quã dictus Ant. ei vendidit, debeat ei def. aucto. def. & specialiter a Phi. qui mouet, vel mouere intendit litem, vel q̃onem sibi de ipsa, & generaliter ab omni homine, & vniuersitate, & omnia & sing. sibi faciat, adimpleat, & obseruet, quod de iure debet, & prout tenetur, & promisit, & conuenit instrumento venditionis ipsius rei. Et no. quod aliquando fit præsentatio, oblatio pecuniæ, aut alterius rei similis cum denunciatione, ut qui præsentant pecuniam, denunciat illi, ut pecuniam recipiat. Quod si non receperit, sigillatur ipsa pecunia in vno sacculo, & deponitur coram eisdem testibus pro eo qui recipere debeat apud sacristam, vel presbyterum alicuius ecclesiæ, uel aliam personam. Aliquando fit præsentatio, & consignatio literarum hoc modo, Petrus nuncius, seu ex parte talis iudicis delegati, uel subdelegati præsentauit An. literas ipsius iudicis sigillatas sigillo pendenti, uel impresso habente imaginem virginis, cum filio sculptam in medio sigilli, & in circulo has literas. f. Phi. Archidiaconus bono. quarum literarum tenor talis est &c. Item aliquando fit denunciatio alicui per iactum lapilli ne ædificet, & generaliter super quocunque negocio potest alteri denunciare quicquid vult, tabelliones in huiusmodi instrumentis habent simpliciter uti uerbis denunciantis, & scribere actum, & ꝓcessum negocij, & verba dicta.

SEPTI-

SEPTIMVM CAP. INCIPIT, IN QVO *infrascripti continentur tituli, videlicet.*

SCRIPTA sunt in hoc 7. ca. Primo illa instra, in quibus aliquis alterius se suffi- cit potestati. Secundo ea, ꝑ quę quis a potestate, conditione, ac dñio liberatur. Tertio instra quibus agitur de personis, & eorum officio, quae constituuntur ad aliquid alterius nomine faciendum, decretis praetorum interuenientibus. Quarto, & vltimo illa quae tractãtur de personis, quae alterius negocium gerunt sine alterius interpositione decreti.

Adoptio.

ANt. b. volenti legitimo adoptionis actu ad solatiũ eorum, q̄ filios non habent, inuento Io. filiũ Cor. in filium sibi dari. Idem Cor. ipsum Io. ibidem pñtem, & volentem in pñtia dñi Sca. iu. assessoris dñi R. pot. b. in adoptionem contuli, atque de ipsum eiusdem. Cor. filiationi submittens, paternę tantum potestatis, omni naturaliter iure sibi, & in se ad integrum reseruato, cui actui legitimo auct. suam interposuit dictus iudex.

Arrogatio.

ANtonius in praesentia prudẽtis viri domini Sca. iudicis ordinarij dñi talis Romanorum imperatoris, & semper Augusti Io. fi. q. Cor. ibidem praesentem in filium legitimè arrogauit, & ipsum cum omnib. possessionibus, rebus, & iuribus suis in sua filiatione, familia, & potestate, paterno suscepit affectu, utroque diligenter interrogato, hoc fieri uelle, & sibi placere protinus respondere, quem quidem legitimũm actum idẽ iudex imperiali auctoritate, ipsiusq; rescripto plenius confirmauit. Nota differentiam inter adoptionẽ, & arrogationem. Quia adoptio fit de filiofamilias, & potest fieri corã quocunq; magistratu, arrogatio autem fit de eo, q̄ est

sui

sui iuris, & debet fieri corā imperatore, vel eius ordinario ex ipsius rescripto. Et no. ꝙ pater adoptans, vel arrogans præcedere debet filiū adoptatū vel arrogatū ætate. 18. annorū. De alijs aūt differentijs, & alijs iuribus, & cōditionibus adoptionis, & arrogationis, & quomodo debet fieri promissio pro impubere arrogato, omittēdum duxi, eo quod contractus iste non est multæ utilitatis, & quia rarissime contingunt huiusmodi instrumenta. Sed si horum notitiam habere uolueris, quære in institutionibus sub rubrica de adoptionibus.

Oblatio & professio.

ANtonius post bonorum suorum ordinationē, & testamentum a se factum, scriptum manu talis no. volens pro Christi amore, ac animæ suæ salute in sancta Cisterciensis ordinis religione sub iure obedientiæ se arctare, ac residuū uitæ suæ regulari subijcere disciplinæ, salua suorū dispositione bonorum, ut in dicto testamento per omnia continetur, obtulit personam suam Deo, & beato A. clausis manibus, se intra manus venerabilis patris domini Io. Abbatis, & conuentus S. A. Cisterciensis ordinis recipientis, vice, & nomine ipsius ecclesiæ, & pro se, & suis suc. disponens, necnon promittens, & profitens stabilitatem, conuersionem, & obedientiam debitā secūdum regulā ordinis antedicti, hoc modo, ipse enim Ant. flexis genibus coram altare quondam in manu cedulam tenēs, legit eam, tenorem huiusmodi continentem. Ego An. promitto stabilitatem & cōuersionem meorum morum, & obediētiam debitam secundum regulam cistèrciensis ordinis Deo, & sanctis eius in hoc monasterio, in præsentia domini Phil. Abbatis conuentus prædicti, Renūciantibus solenniter utrisq; ipso videlicet Abbate, & fratribus, vice, & nomine dictæ ecclesiæ, & conuentus, & ipso An. pro se tempore probationis regulæ supradictæ. Quibus omnibus sic peractis, dictus abbas tales, & tales fratres eiusdem conuentus ad pacem ipsum An. receperunt. Et no. tamen, ꝙ hoc quod dictū est de renunciationibus utriusque, intelligas ponēdū esse, si ante tēpus probationis .i. ante annum post ingressum fiet professio.

Item

Item nota, quod huiusmodi profitẽtes aliq̄ñ non testañt, sed donationem faciũt monasterio de oĩbus bonis suis. in qua quidem donatione debes dicere hoc mõ. Frater An. nondum tñ professus, intuitu oĩpotẽtis Dei, & beat. Ma. Virg. & pro suorum parentum, eiusq; remedio peccatorum, dedit, & donauit purè, liberè, simpliciter, & irreuocabiliter inter viuos tali Abbati &c. scd̄m cursum instri donationis. Et si minor fuerit, iurabit more minorum. Veruntñ, q̄ñ personæ laicę conuersantur alicui ecclesiæ offerunt se similia, & sua. Et not. quod non solũ ex prædictis modis, & iuribus, verumetiam ex alijs põt q̄s potestati alterius & conditionis, subijci, vtputa maior. 20. annis, qui ad precium participandum, patitur se venundari, interuenientibus his, q̄ circa hoc de iure interuenire dicunt. & ẽt ille, qui se subijcit conditioni homagicę, vel ascriptitiæ. Quæ quidem conditio, & ascriptitia per geminatam scripturã debet fieri. sed quia super huiusmodi negocijs rarissime fiunt instra, ne opus & tẽpus circa non multum vtilia versetur, ideo omisso de instro illius, qui se seruum facit, & illius, qui conditioni ascriptitiæ, homagicæ se superponit est etiam instro absolutionis ascriptitiorum, ad alia magis expedientia, & vtilia procedendum est.

Manumissio.

DOminus Co. de. & tra. An. bo. Ia. & Phi. eius fi. & eorum oĩum filijs & liberis masculis, & fęminis, p̄sentibus & futuris, libertatem puram, secundum vsum, & consuetudinem ciui. R. liberans pęnitus, & eximens, & dimittens eos & quemlibet eorum, & ipsorum filios, & liberos masculos, & fęminas, tam præsentes, quam futuros a sua ptãte manu, dominio, & ab omni conditione, a grauamine operis, & operarum impositione, tam obsequialium, quæ consistunt in faciendo, aut in assurgendo, salutando, & similium, quam eorum quæ consistunt in non faciendo, vtputa, de non vocando in ius manumissorem, venia non petita, & aliorum omnium tam ar-

tifi-

tificialium, quam fabriliū, nunc, & in futurum a iure ꝓ natis, & a reuocatione in seruitutem ob quācunque ingratitudinem. Ita quod liceat his manu. famosam actionem, si competat in futurum contra manumissorem, & eius filios intentare, & criminalem quamlibet actionē, si crimen in posterum cōmittatur, omni pęna sublata, necnō remittens eisdem oē ius patronatus, restituēs eos natalibus antiqs, & iuri ingenuitatis, & denuncians eos ciues Ro. atque restituens eos iuri primęuo, secundum quod omnes homines liberi nascebantur, nec erat illis temporibus manu. introducta, cum seruitus esset incognita. Tradidit insuper, & dedit eis, & cuiq; ipsorum specialiter tales, & tales possessiones, & res, & generaliter totum eorum peculium à rationibus domini separatum, & ita qđ non teneantur rationem reddere de his, quæ in seruitute gesserunt, etiam si illa sint cōnexa his quæ gesserūt in libertate. Dans & tribuēs eis, & cuilibet eorum, ipsorumq; filijs masculis, & fęminis, tam pñtibus quàm futuris, puram, & meram libertatem, & gñalem administrationem rerum eorum. Ita quod sine obstaculo seruitutis, & manumissoris suorū successorū, & cuiuslibet alterius conditione possint ipsi manumissi, & eorum liberi, omnes, & singuli emere, uendere, & donare, contrahere, ac pacisci, in iudicio stare, testamentum facere, & oīa & sing. facere, ac liberaliter exercere, quæ quilibet ingenuus R. ciuis, & liber homo paterfam. & sui iuris facere potest, ac si ab ingenuis parentib. nati essent. Pro precio. c. lib. bo. quod dictus dominus Co. confessus fuit, & contentus fe a b ipso An. dante, & soluente pro se, & vice, & nomine dictorum filiorū eius habuisse, & recepisse, exceptioni sibi nō dati, & nō soluti precij omnino renūciās. Necnō promittens per se, & eius hæredes, & successores dictis An. Ia. Phi. pro se, & eorum hære. & filijs omnibus ex eis descendētibus stip. & recipientib. prædicti manu. solutionem, & omnia, & sin. suprascr. perpetua, firma, & rata habe. & te. obser. adimplere, & non contrafacere, vel ve. per se, uel per aliū aliqua cā, uel ingenio, de iure, vel de facto, sub pęna c. lib. bo. sti. in sin. ca. huius contractus

in solidum promissa. Et pena soluta, vel non pdicta omnia, & sin. firma perduret. Item reficere, ac restituere eis omnia, & sin. damna, & expensas, ac interesse litis, & extra. Pro quibus omnibus, & sin. firmiter obseruandis ob li. eis omnia bona sua.

Manumissio altera sub breuiori forma.

DOminus Cor. tra. atque de Sybil. uxori q. Io. & P. & Berte, suisq;. s. & eorũ oĩum filijs, & liberis masculis, & feminis, tam pñtibus, q̃ futuris. libertatem purã, scd̃m usum ciuitatis Ro. Quos oẽs, & sin. & eorum filios & liberos masculos, & fœminas, tam pñtes, q̃ futuros a sua ptãte, manu. dñio, ab omni conditione, ac grauamine opis, & operarum impositione, nunc & in futurum, a iure patronatus, & reuocatione in seruitutem ob quã cunq; ingratitudinem pœnitus liberauit, & exemit, remittens eis oẽ ius patronatus, & restituens eos natalib. antiquis, & iuri ingenuitatis, necnõ dans eis, & cuilibet ipsorum totum eorum peculium a rõnib. dñi separatũ. Et tribuens eis, & cuilibet ipsorum puram, & meram libertatem, et gñalem administrationem rerum eorum, ita quod sine obstaculo seruitutis dñi manumissoris, et suorum hrdum, et cuiuslibet alterius cõditione possint emere, uẽdere, et donare, cõtrahere, ac pacisci, in iudicio stare, testm̃ facere, et oĩa & sin. facere, ac liberaliter exercere, q̃ quilibet ingenuus Ro. ciuis, et liber homo paterfa. et sui iuris facere potest, ac si ab ingenuis parentib. nati essent. Pro precio, &c.

Mancipatio.

DOminus Boe. ante pñtiam domini Sca. iudicis et assessoris domini R. de uilla potestatis Bo. constitutus An. eius filium ibidem pñtem, hoc uolentem, et petẽtẽ a se emancipauit, et a sacris sui patris eum pœnitus relaxauit, necnon a sua manu. et paterne nexib. potestatis exemit, et dimisit eundem. Ita quod sine paterne potestatis obtentu possit ex nũc testari, agere, contra-

here,

here. & pacisci. & omnia sin. tam in iudicio, quàm extra facere ac liberaliter exercere, quæ quilibet paterfa. & sui iuris facere potest. Qua quidem emancipatione facta d. Boe. in præmium emancipationis eiusdē dedit, & tradidit ipsi An. unam domū positā in tali loco intra tales cōfines, cum omni iure, et actione sibi ex ipsa re, aut ipsi rei modo aliquo pertinente. Constituens se rem ipsam prædicti An. nomine possidere usquequo ipsius rei possessionē acceperit corp. quam accipiendi sua auct. et detinendi, deinceps licentiam omnimodam dedit. Promittens per se, & eius hæredes dicto eius filio a se mancipato, pro se, et suis hære. stip. prędictam emancipationē, et dationem et omnia, et sin. suprascri. firma, et rata habere, et ten. et non contrafa. uel uenire aliqua ratione, uel causa sub obligatione omnium suorum bonorum. Quibus omnibus sic peractis dictus iudex suam, et communis Bon. auctoritatē interposuit, et decretum. Nota qđ etiam Auus nepotē ex filio emancipare potest, cū illum habeat in sua potestate, et hoc uerum est, si filiū habeat in sua potestate, aut si ipse nepos natus, uel conceptus ęrat, antequam pater suus esset emācipatus. Et qđ dictū ęst de nepote, intelligas, et de pronepote, et deinceps.

Tutella testamentaria.

CVm olim Ant. in eius testamento scripto manu talis nota, dominum Cor. tutorē. Dom. et so. eius filijs reliquisset, idem Cora. ante pręsentiam domini Sca. iudicis, & assessoris domini Ra. de villa potest. Bo. constitutus ęandem sibi petijt tutellam ipsius iudicis auct. decerni, igitur ipso iudice dictam decernentem tutellam promisit idem dicto Cor. mihi. R. notario infrascripto stip. & recipienti uice, et nomine dictorum pupillorum, et corporaliter iurauit ad Sancta Dei euange. omnia, et sing. ipsis pupillis utilia facere, et inutilia prætermittere, ipsorumq; personas, & res ad cōmodū, et vtilitatem ipsorum bona fide custodire, et saluare, et inuētariū facere de rebus eorum, et administrationis suæ tēpo

re debito reddere rationem, cum integra residuorũ consignatione, saluo eo, quod semper vti valeat veritate. Caeterum dictus bonus iudex ipsi actui legitimo suã,& cõis de bonis auc. interposuit,& decretum. Nota quod tutor testamentarius non tenetur cautionem praestare, quia fides,& diligentia eius approbata est a testatore. Item no. quod si testator liberauerit,& absoluerit tutorem, ꝙ nõ teneatur reddere rõnem administrationis, tũc nõ faciet eum promittere vel iurare praecisè de rõne reddẽda. Sed postquam dixeris,& inuentarium de rebus eorum facere,& ita continuo subiungas, rõnem vero administrationis reddere, cum de ipsa a testatore fuerit absolutus, nõ aliter, quam de iure debuerit teneatur.

Tutella datiua.

Dominus Sea. iudex,& assesso. domini R. po. bo. cognito, qđ Do. Pupillo filio. q. A. nemo fuerit testamentarius tutor relictus,& ẽt qđ hi, qui legitimi fuerũt admittendi, excusati sunt,& rationabiliter absoluti, citatis agnatis, & cognatis eiusdem pupilli, quia omnium eorum testimonio, & approbationem inuenit dictum Co. ad ipsius pupilli tutellam gerendam magis idoneũ, ideirco ipsum Co. dicto pupillo tutorem cõstituit,& decreuit. Quapp idem tutor promisit mihi no. infrascripto sti. vice,& nomine dicti pupilli,& corporaliter iurauit ad sancta Dei euang: omnia, & sin. ipsi pupillo vtilia facere,& inutilia praetermittere, ipsiusq; personã,& res ad cõmodũ,& vtilitatẽ eius, bona fide custodire,& saluare,& inuentarium facere de eius rebus,& administrationis suae rationem tpe debito reddere, cum integra residuorum consignatione, salua eo quod vti semp valeat, veritate. Insuper dicti tutoris precibus, & mãdatis dominus Phi. promisit mihi no. nomine dicti pupilli sti. facturum,& curaturum, quod dictus tutor praedicta omnia, & sing. attẽdet,& obseruabit, & quod ipse dominus Phi. dictum pupillum indẽnem seruabit de omnibus, & singulis supradictis. Post hęc dictus iudex praedictis omnibus,

bus,& sing.suam,& communis bon.auct.interposuit,& decretum.

Tutella legitima.

DOminus Sca.iudex,& assessor d.R.potesta.Bo.d.M. matrem D.fi.q.An.in ipsius pñtia cõstitutam,eiusdem filij sui tutellam petentẽ,& affectantem, cum eadẽ tutella sibi secundum ordinem deferatur.& ipsa sit in ea cęteris pręferenda,eidẽ pupillo tutricẽ constituit, & decreuit.Quæ nutrix promisit mihi R. no.infrascr. uice, & nomine dicti pupilli stip.& iurauit corporaliter ad sancta Dei euan.omnia,& sin.dicto pupillo utilia facere, & inutilia prætermittere,ipsiusq; personã,& res bona fide custodire,atq; saluare,& inuentarium de rebus eius facere,& administrationis suæ tpe debito rõnem reddere, cum integra residuorum restitutione,saluo eo,qđ semper uti ualeat ueritate,renuncians Velleiano senatusc.& secundis nuptijs,& omni alij auxilio de ipsis iuribus, & beneficijs plene certificata,quid sint,& quid dicant.Insuper dictus Phi. dictæ tutricis precibus suus extitit fideiussor.Demum huic actui legitimo ipse iudex suam cõmunis bo.auct.interposuit,& decretum.

Actoria.

DOmina Mathelda mř,& tutrix Do.pu.filij q.A.anted,in S.iudicis,& assessoris d.R.pote. bon.pręsentia constituta. Quia pp debilitatem sexus,& personæ, uel quia nimis est a foro iudiciali longinqua,vel qa propter grauem ęgritudinem,& lãguorem, & alia imminẽtia impedimenta personaliter intendere, & semper esse nõ uidelicet, causis, quas ipsa noĩe dicti pupilli habet uel habere intendit specialiter cum tali, & generaliter cum quacunque persona,tam in agendo,quam in defendendo. Iccirco d.Co.ibidem præsente in dictis causis sine rerum tamen suarum periculo cõstituit, & fecit actorẽ.Qui actor promisit ipsi tutrici,tam nomine suo, quã nomine dicti pupilli stip.& corporaliter iurauit ad sancta Dei euang.omnia,& sing.in dictis causis ipsi pupillo utilia facere,& inutilia pręter mittere,& qcquid ad ma-

nus eius ipsius causæ,& causarum occasione peruenerit, ei ad integrum consignare, saluo eo, quod semper uti valeat ueritate. Cui actui legitimo idē iudex &c. ut supra.

Cura ad causas.

Dominicus adultus fi.q. An.añdi. ī Sca. iudicis, & assessoris do. R. po. Bo. præsentia cōstitutus in causā quā habet, uel habere intēdit cū Phi. & generaliter in omnibus alijs causis, litib. & cōtrouersiis quas habeat vel habiturus sit cū aliquo, uel aliquibus tā in agēdo, quam in defendendo d. Co. ibidē præsentē sibi fecit, & constituit curatorē. Quo curatore ipsius decreto iudicis constituto promisit ipse curator dicto adulto, & corporaliter iurauit ad sancta Dei euāg. omnia, & sin. ipsi Do. in dicta causa, & causis utilia facere, & inutilia prætermittere, & quicquid ad manus eius occasione ipsius causę, vel causarum deuenerit, ei integrum cōsignare, saluo eo quod vti semper ualeat ueritate, Ad hæc A. ipsius curatoris preci bus. Do. de indemnitate omnium prędictorū extitit fide iussor, post hoc dictus iudex ipsi actui legitimo suam, & communis bo. auct. interpo. & decretum.

Cura generalis ad causas, & neg.

Dominicus fi.q. Ant.and. in S. iudicis, & assessoris domini R. po. bo. præsentia cōstitutus, in causā quā habeat cū tali, & generaliter in omibus causis, litibus, & cōtrouersiis, quas habet, uel habere intēdit, uel habiturus est cum aliquo, uel aliquibus, tam in agendo, quàm defendendo, & tā criminalibus, quàm ciuilib. & omnibus eius negocijs tractādis, & gerēdis, dictū Cor. ibidem præsentem sibi decerni, & constitui petiit cutatorē. Quo curatore in prędictis, et quolibet prędictorū ipsius decreto iudicis confirmato, promisit ipse curator d. Do. & corporaliter iurauit ad sancta Dei euāg. omnia et sing. ipsi adulto in causis, & negocijs eius utilia facere, & inutilia prætermittere, ipsiusq; personā, & res bona fide custodire, & saluare, & inuentariū secūdum iuris ordinē facere, & curare, atq; administrationis suæ, cum integra restitutione, & cōsignatione oīum eorū, quæ prędictorū occasione

sione

sione ad ipsum peruenerit, reddere restitutionem saluo eo quod uti semper ualeat ueritate. In super An. ipsius curatoris mandato dicto D. de indemnitate omniū prędictorum exiitit fideiussor. Tandem dictus iudex prædictis omnibus & sing. suam & communis bon. auct. interposuit, & decretum.

Curator datus bonis alcuius absentis, & indefensi.

DOminus S. iudex. & assessor. d. R. po. bono. cum A. ipso ad plurium creditorum petitionem citato & eius defensione legitime proclamata, & non cōparuerit ipse uidelicet, uel alter pro eo bonis ipsius Antonij absentis & indefensi dominum Cora. ibidem præsentiem, decreuit & constituit curatorem. Qui curator promisit mihi not. infrascripto stip. & recipienti nomine dicti A. & bonorum eius, & Cor. iurauit ad sancta dei euangelia dicta bona fideliter, & diligenter perquirere, inuestigare, defendere, & saluare, & omnia, & singu. in ipsis bonis utilia facere, & inutilia prætermittere, & inuentarium de ipsis bonis facere, necnon administrationis, & ipsorum bo. secūdū iuris ordinē reddere rationem, saluo eo quod semper vti ualeat veritate. Insuper A. ipsius curatoris precibus mihi not. recipiēti pro ipso A. & bonis eiusdē prædictis omnibus, & sing. extitit fideiussor sub obligatione suorū bonorū. Cæterum idē iudex &c. ut supra.

Curator datus filio familias habenti causas, & allegantis absentiam patris, ipsumq; curatorem petenti.

DOminicus adultus fi. An. in pręsentia d. S. iudicis & assessoris d. R. de uilla potest. Bo. cōstitutus, licet patrem habeat, absentiam tamen patris allegans, petiit Co. in causam, quam habet, uel habere intēdit cum Phi. curatorem sibi constitui, & decerni. Quo curatore ipsius decreto iudicis confirmato, promisit ipse curator dicto Do. & corporaliter iurauit ad sancta dei euangelia, omnia & sin. ipsius causæ utilia facere, & inutilia prætermittere, & quicquid ad manus eius peruenerit &c. ut supra in instrumento curæ ad causas. Vnde no. quod filio-

lio familias personę uidelicet non datur curator, sed datur solummodo causæ suæ in dicto casu.

Curator dabitur impuberi excedenti tamen infantiam, & non habenti tutorem, cum inuenerit.

DOminus impuber, maior tamen infante fi.q.An.tutore carens, & causam habens, vel habere intēdens cū Phi.antedicto in S.iudicis & assessoris d.R.de villa po. bonon.præsentia constitutus, sibi dicta causa dominum Cora.ibidem præsentem petiit curatorem constitui, & discerni. Quo curatore ipsius decreto iudicis confirmato ꝓmisit idē curator dicto D.& corporaliter iurauit ad sācta dei euāg.&c.ut supra in instrumēto curę ad causas.

Curator si dabitur pupillo tutorem habenti, & cum ipso tutore causam habenti.

DOminicus pu. fi.q.An.quia cum d.Cor.eius tutore causam habiturus est, vel sic, quia cū dicto Cor. ad diuisionem peruenturus est, ante pręsentiā talis iudicis cōstitutus, petiit sibi dñm M. eius patruū super dicta diuisione, aut in dicta causa decerni, & cōstitui curatorē. Quod d.M.curatore dicto pupillo super prædictis ipsius decreto iudicis cōstituto, promisit ipsi D. & si maior infante fuerit, dices promisit mihi not. pro ipso stip. &c. ut supra in instrumento curę ad causas. Cæterum nota quod aliquando datur curator pupillo tutorem idoneum non habenti, & etiam pupillo, qui tutorem absentem habeat. Item datur pupillo curator loco tutoris excusantis se de tutella ad tempus usq; quo peruenerit illud tempus, ut sit curator. Quorum curatorū instrumenta ex antecedentibus contractibus sumere poteris. Itē no. quod aliquādo datur curator mutis, surdis, furiosis, mētecaptis, prodigis, & perpetuo morbo laborantibus, quorum curatorum instrumenta sic inchoabis.

Curator surdi & muti &c.

DOminus S.iudex, & asse.d.R.po.B.citatis agnatis & cognatis D.muti, & surdi fi.q.A.q̃a eorū oīum ap

proba-

probatione & testimonio dominũ Co. eius patruũ circa administrationem, & curã personę, & rerũ dicti Do. magis inuenit idoneũ, eũ d. Co. ipsi Do. constituit curatorẽ. Qui curator promisit &c. ut supra in instrumẽto tutelę, nomine tutoris ĩ curatorẽ, mutato. Itẽ aliquãdo datur curator venturus, sed quia hoc instrumentũ raro ad exercitium venit, ideo illo obmisso, ad vtiliorẽ veniendũ est.

Inuentarium confectum a tutore.

IN nomine patris & filij & spiritus sancti amen. Cora tutor cõstitutus, & decreto iudicis confirmatus Do. pupillo fi. An. ut patet in instrumẽto sup decreto eiusdem tutellę descripto manu talis no. sciens ad inuentarij confectionem de rebus, & bonis ipsius pupilli secundum iuris ordinẽ se teneri, pręsens inuentariũ mox post quam tutor fuit constitutus, & confirmatus, de bonis, & rebus creditis, & debitis atq; mobilibus debitorum hęreditatis q. dicti An. ipsius pupilli inceptum sub anno domini M.cc.l. indictione xiiii. die vj. intrante Aprili, in hunc modum, præmisso uenerabilis sanctæ crucis signaculo, facere procurauit. In primis quidem dixit, & asseruit in bonis & hæreditate prædicta se inuenisse duo scrinia, & totidem uegetes, & tantũ frumentum & tantũ uinum, & sic de sing. ponendo res mobiles, secundo res immobiles, s. domos & terras designatas per loca, & latera, tertio, & ultimo credita, & debita. Vnde no. quod curatores generales etiam de bonis, & rebus adulti seu muti & surdi, & similium personarum, & etiam curator datus uenturus bonis absentis, & indefensi, debent inuentariũ facere simili modo, & forma mutato nomine tutoris in curatorẽ, & nomine pupilli, in nomine adulti, seu tenore negocij inuiti, & tam tutores, quam curatores generales dicunt inuẽtarium facere mox quã fuerint constituti. i. quã cito possunt, & debet scribi dies, in quo inuentariũ inchoatur, & dies in quo terminatur, si legatur inuẽtarium coram testibus, sit inuẽtarium nihilominus ad hære. quod quidẽ inuentariũ facit aliquis ex testamento, uel ab intestatu habes non inconsulte adeat

here

hęreditatē & huiusmodi inuentario cōsequitur hoc beneficium, quia post modum vltra uires hęreditarias creditoribus hęreditarijs non tenetur, & etiam cōsequitur falcidiā. Verūtamen debet inchoari infra .xxx. dies postquam se hęredem esse cognoscit, & infra alios .lx. terminari, si fuerint hęredes hrditarij vel minor pars in eadē prouincia. Alioquin infra annum a morte testatoris hęrede sciente mortem testatoris, & debet hæres propria manu signū crucis pręponere. præterea debent cōuocari hæredes legatarij, & fidei commissarij, & creditores hęreditarij, quod si nō fuerint aliqui vel fuerint aliqui, tamē interesse uoluerit, adhibendi sunt tres diuites, & bonæ conditionis illius terrę, uel contratę, in quorum præsentia hæc stant, & dicant primo scribi maiora, & deinde uiliora, & postmodū credita, & debita. quod inuentarium sit secundum formam hic inferius scriptam.

Inuentarium ab hærede confectum.

CVm Dom. fi. q. An. ab ipso patre in eius testamentū hæres institutus fuerit & relictus. Idem D. volens nō inconsulte, sed cum beneficio inuentarij hæreditati ipsi immiscere, ne ultra uires hęreditarias teneatur, & vt beneficium ex hoc inuentario de iure debitum sibi ad integrum reseruetur. Venerabilli signo crucis antea propria eius manu proposito, legatarijs insuper & fideicommissarijs, creditoribus hæreditarijs citatis, & præsentibus tal. & d. scilicet domino tali præsens inuentarium de bonis ipsius hæreditarijs procurauit facere in hunc modum. In primis quidem asseruit se inuenisse a dicta hæreditate, unam domum positam in tali loco, intra tales confines &c. ponendo res immobiles cariores, deinde mobiles, & uiliores, postmodum credita, & debita, quibus positis dices ita. Lectum & completum fuit hoc inuentarium in tali loco sub anno domini M. &c. præsentibus talibus &c. Nota ꝙ tamē secundū ordinem iuris quædam solemnitates seruādæ essent uidelicet, quod aut se subscribat hæres, aut si ignarus sit literarum, uel scribere perpenditur, spāliter tabellario ad hoc solummodo

modo adhibēdo mandaret pro se literas supponere, & ꝙ intersint testes, qui hæredē cognoscant, sed ista vt plurimum, repugnante consuetudine, non seruantur.

Hæres quando se abstinet ab hæreditate.

DOminicus.q. An. antedicti in Sca. Iudice, assessoris d.R.po.Bo.presentiam cōstitutus, quia hæreditatē q.dicti patris sui sibi ex testato delatam uel sic, quia hæreditatē.q.dicti patris sui ad se ab intestato spectantem sibi credit fore damnosam, ne a creditoribus ipsius hæreditatis, uel alijs quibuscunq; occasione hereditatis eiusdem pulsetur in aliquo, vel grauiter, ab eadem hæreditate omnino abstinuit, et ipsam, et omne ex ea commodum, et incommodum penitus recusauit.

Hæres extraneus, quando hæreditatem repudiat.

DOminicus fi.q.A.in præsentia talis iudicis constitutus, quia hæreditatem.q.Cor.sibi ab ipso Co.in eius testamento relictam credit sibi fore damnosam, hæreditatem ipsam repudiauit omnino, et oē cōmodū, & incommodum ex ea penitus recusauit. Igitur no.ꝙ ille dicitur hæres suus, qui erat in potestate defuncti, et hic, si hereditatem non vult, debet abstinere se, vt in priori charta. Si autem ipsam receperit, debet immiscere. Extraneus uero dicitur, qui non erat in potestate instituētis, et hic si hæreditatem non vult, debet eam repudiare, ut in secunda charta. si autem ipsam recipit, dicitur eā adire. Vnde breuiter immiscere, vel abstinere et suorum hæredum, adire uel repudiare est extraneorum heredū.

Ratio reddita de administratione.

DOminicus.fi.q.An.confessus, & cōtentus fuit dominū Cor.quondā ipsius tutorem rationē administrationis super omni eo, quod administrauit, aut administrare debuit in bonis, & circa bona eis occasione ipsius tutellæ plene & aperte ostendisse & reddidisse eidē, uisis inspectis, ac cognitis actis, & scripturis administrationis eiusdem, & quòd integre dedit, restituit, ac consignauit

sibi

sibi omne id, & quicquid ad eum peruenit de bonis, & rebus ipsius, occasione administrationis dictæ tutellæ, quam fecit & facere debuit in bonis, & circa bona sua, & ipsum illud, videlicet quod in reliquis, & residuis fuit, & ipsa omnia reliqua, & residua & oia, & sin. instrumēti, bonorum & possessionum eius approbans, ratificans, & confirmans ipsa acta, rationes, & scripturas, & quicquid gestum, & administratum est per ipsum Cor. in bonis, & circa bona ipsius *D*. & omnes, sin. solutiones, dationes & peracta, & cōtractus occasione dic. tutellæ factæ ab eo. Quapropter dictus Do. per se, & suos hæredes promisit dicto domino Cor. pro se, & suis *hæredibus* sti. quod non peteret ab eodem de cetero, uel eius *hęredibus*, aut alteri pro ipso aliquid occasione dictæ tutellę, uel admi nistrationis factę uel faciendæ bene uel male gestæ, aut quod reddat ei de cętero rationem, uel quod reliqua prę stet, & quod nullo tpe dicet uel opponet, quod rō nō sit ei reddita, & reliqua integre pręstita, & nullā aliam contrariā exceptionē, defensionē, seu negationē iuris vel facti cōtra aliquod p̄dictorū, uel infrascriptorū in aliquo faciet, uel opponet, faciēs eidē d: Co. pro se, & suis hęr. re cip. finem & refutationem, & pactum de ulterius nō petendo de omni eo, quod ab eo, uel eius hæredibus petere posset occasione dictę tutellę, seu administrationis bene, uel male gestę, seu alia quacunque ratione, uel causa, & liberans, & absoluens eum, & eius hęredes, & bona per acceptilationem, & aquilianam stip. legitime interpositam, necnon renuncians exceptioni non numeratarum, traditarum, consignatarum, & restitutarum rerū, exceptioni, doli cōditione sine causa in factum actioni, & omni alij auxilio. Quę omnia & sin. &c. idem Do. pro se, suosque hęredes promisit dicto domino Cor. pro se, et suis hęre. stip. firma. et rata habe. et te. et non cōtra facere, uel ue. per se, uel alium aliqua causa, uel ingenio de iure, uel de facto. Sub pœna, c. lib. bo. stip. in fin. cap. etc. et refectione damnorum, et expensarum et obligatione, bonorum suorum, in fine facies eum iurari more minorum.

Pro-

Procuratio ad causas.

ANt.fecit,& constituit,& ordinauit Cor.ibidem praesentem,& infrascriptam procurationem sponte recipientem,& An.licet absentem,& quemlibet eorum in solidum,ita tn̄,q̄ non sit melior conditio occupantis, suos procuratores,actores,& nuncios speciales in causa, quā habeat,vel habiturus est cum Phi. coram tali iudice, ad libellum recipiendum,seu offerendum, terminos,& dilationes petendas, litem contestandam,exceptiones proponēdas,& recipiēdas, & producēdos testes & instra producēda,& alterius partis videnda,& reprobanda,iudices eligendos,& recusandos,suspectos dandos.Snīam audiendam,appellationem committendam, & prosequēdam, & gnāliter ad omnia,& sin.facienda,q̄ merita causarum exigunt, & q̄ ipsemet facere posset, & promittens se firma,& rata habiturum quęcunq; dicti procuratores, aut alter eorum circa prędicta,vel aliqd̄ prędictorum duxerit facienda. Nota q̄ aliqn̄ dn̄s procuratorem suum releuat ab onere satisdationis, & fieri potest in ipso eodem instro, posito enim toto tenore instrumenti pdicti subsequenter dices,& quia voluit dictus Ant.ipsum procuratorem suum releuare ab onere satisdationis, promisit mihi R.no.infrascripto stip.vice,& nomine omnium eorum quorum intererit de iudicio sisti, & iudicato soluēdo, & quòd tempore sententiæ recitādæ in iudicium veniet,si opus fuerit,& commode fieri poterit,& omnia dabit, & soluet aduersarijs suis pro omnibus clausulis, quæ in condemnatione continebuntur, nisi fuerit prouocatum sub obligatione omnium suorum bonorum, Si autem satisdatio fiat in actis coram iudice,ita scribes. Et quia voluit dictus procurator ab onere satisdationis releuari,iudicatū solui promisit mihi no.infras.sti.noīe dicti Phi. & oīum illorum, quorum intererit, quòd defendit dictum Anto. & nihil dolo malo faciet dicta tota lite,& quòd tempore sententiæ ferendæ erit in iudicio, & soluet iudicatum,nisi ab eo fuerit prouocatum, sub hypo-

hypotheca rerum ſuarum,& pro his omnibus,& ſin.obſeruandis dictus Ant.extitit fideiuſſor, ſub obligatione ſuorum bonorum omnium .

Procuratio generalis ad cauſas, & nego.

ANtonius fecit,conſtituit,& ordinauit Cor.ibidem p̄ſentem,& ſponte recipientem ſuum procuratorē ſpecialiter in cauſa,quā hēt uel habiturus eſt , aut habere intendit cum P.& generaliter ad omnes, & in omnibus eius cauſis,litibus & controuerſijs, quas habeat, vel habiturus eſt , tam in agendo , quam defendendo , cū aliquo,vel aliquibus,corā quocunq: iudice , tam eccleſiaſtico,quā ſeculari , ſuper quibuſcunq; negocijs ad libellos offerendos,recipiendosq;,lites cōteſtandas, exceptiones proponēdas,terminos,& dilationes petēdas , & accipiendas,teſtes & inſtrumē.producēda & alterius partis vidēda,& reprobāda,iudices eligēdos, & recuſandos, ſuſpectos dandos,ſententias audiendas,& appellationes cōmittendas,& proſequendas, & ad omnia , & ſing. facienda quæ merita cauſarum exigunt, & requirunt. Itē ad petendum,exigendum , & recipiendum omne id , & quicquid ipſi An. ex quacunque cauſa ab aliquo debetur,& de habitis , & receptis chartam ſolutionis faciendum,& ad paciſcendum,& componendum,& tranſigendum,& compromittendum,& laudum , & arbitriū audiendum & proſequendum , ad cōtrahendum debita,& ad conſtituendum ſibi alios debitores, & ad vēditiones, & emptiones,et locationes, & cuiuſcunque generis contractus faciendos , & ad obligandum ſe nomine ipſius Ant. ſuper quocunq; contractu , & generaliter ad omnia,eius negocia tractāda,& gerēda,& ad omnia, & ſin. faciēda,quæ circa prædicta , uel aliquod prædictorū ſibi vtilia videbūtur,& quæ ꝑ quēlibet ipſum legitimū procuratorē & nunciū fieri pn̄t.Dans ei plenā & liberā poteſtatē,& generale mandatū ad p̄dicta oia,et ſin.faciēda, &;ſuper prædictis,& quolibet prædictorū,quoties expedierit , & voluerit ꝓcuratorē unū uel plures cōſtituēdi. Et promittēs ſe firma,et rata habiturū quęcunq; dictus

Cor.

Cor. pcurator, aut alius, uel alij ab eo constituendo circa prædicta, vel aliqđ p̄dictorum duxerit facienda, & nō contraueniet. Sub oblig. omnium suorum bonorum.

Sindicus.

VEnerabilis pr̄ d.I. Abbas monasterij Sācti Pe. pro se ipso, & suis successorib. vice, & noīe ipsius monasterij, pn̄tib. & consentientib. infrascriptis fratrib. & monachis eiusdem monasterij in cā specialiter congregatis fecit, constituit, & ordinauit Co. ibidem p̄ntem suum, & dicti monasterij, & conuentus eiusdem sindicum, procuratorem, actorem, & certum nuncium specialiter in tali cā, quam dictum monasterium habet, vel habere intendit cum tali &c. Ponendo illa, ad quem cōstituerit, sicut supra in instr̄is procurationum. in fine autem dices, promittens dictus Abbas vice & nomine dicti monasterij, pn̄tibus & consentientibus eisdem fratribus se firma, & rata habiturum quæcunque dictus sindicus, & procurator, circa prædicta, vel aliquod prædictorum duxerit facienda, sub obligatione bonorum dicti monasterij. Fratres autem dicti monasterij ijs omnib. præsentes & consentientes fuerunt. ii. s. do. Io. d. talis, & legitur. Notādum est quid sindicus talis &c. ab vniuersitate solum ad causas constituitur, quia sindicus est vniuersorum causam gerens. Licet vniuersitas ad negocia procuratorem constituat. Sindicus ēt, & procurator non debent transgredi fines mandati. Præterea attende, quod si cōstituatur sindicus a communi alicuius terræ, aut ab aliqua societate, facias ꝙ potestas, siue consul uel massarius, aut ministralis congregata vniuersitate, vna cum omnibus ipsius vniuersitatis ibidem præsentibus cōstituat sindicum. & poteris hoc modo incipere. Sindicus vniuersitatis, congregatis hominibus villæ Sancti Rophelli ad cōcionem campanæ sonitu apud ecclesiam prædictā more solito. Dominus talis potestas aut talis consul, vel massarius, communis eiusdem villæ pro se ipso, & eius successoribus vice, & nomine dicti communis cum cōsensu, & voluntate omnium hominum eiusdem terræ ibidem præsentium.

sentium.s.talis & talis, sic de sing. & ipsi omnes, & sin. ibi dem phtes pro se ipsis, vice & noie dicti cõis fecerũt, cõstituerunt, & ordinauerunt talem absentem, vel præsentem eorum & dicti cõis, & vniuersitatis sindicum actorẽ & procuratorem, & certum nuncium &c. Et facias ꝙ saltem duæ partes vniuersitatis constituant. Item no. ꝙ aliquando constituitur ab ecclesia siue ca. œconomus, & hic creatur solummodo ad ecclesiæ negocia peragenda & procuranda, & fit causa auctoritate episcopi, & debet esse solum de fratribus.

Constitutio vicecomitis.

DOminus Azo Estensis & Anchonę M. elegit, fecit & cõstituit d. Cor. suum vicecomitem in terra, & in omnib. pertinentijs Argtę sibi super ipsa terra, & omnib. in ea habitantibus & habitaturis suæ potestatis, & iurisdictionis plenitudinem delegans, & committens, vt ex nunc quousque ipsi d. M. placuerit tam super causis, & quæstionibus, quibuscunque audiendis, & cognoscẽ. & terminandis, quam super collectis & seruitu. & omnibus & sing. ipsi domino M. debitis petendis, & recipiendis, superimponendis, & faciendis exercitibus & caualcatis sibi ad honorem, & seruitutem ipsius domini M. & supermanutenendis, & conseruandis iuribus, & consuetudinib. eius gerat, & habeat in omnibus, & per omnia vicem suam. Super criminalibus vero causis, & maleficijs indagandis, & cognoscendis possit plene procedere. Ipsa tamen pœna sanguinis & punitionis personarum ipsi domino M. & eius iudicio reseruata. Quod d. M. solemni sti. promisit vicecomiti prædicto, se firma & rata habiturum quæcunque circa prædictam duxerit facienda. Ceterum in signum recognitionis sui pleni dominij idem d. M. ipsum d. Cor. super ipso officio cum chirotheca, vel baculo inuestiuit. Demum no. quòd aliquando constituitur castaldus, tu autem diligenter considera, a quo constituatur, & formam ipsius instrumenti colligas ex prædictis.

Octauum

OCTAVUM CAP. INCIPIT, IN QVO
infrascripti continentur tituli, videlicet.

ARs & officium no. in tres partes diuidit principales, virtus enim huius officij, aut contractuum, aut vltimarum voluntatū, aut iudiciorum formam respicit, & naturam. Vnde licet testamenta, & vltimę voluntates in hoc octauo cap. huius operis conscribantur: ipsa tamen, vt dictum est, sunt vna de tribus principalibus partibus artis huius, igitur cum in septem pręcedentibus cap. de ordine contractuum sit tractatum, superest de vltimis voluntatibus nunc videre. Quia vltima voluntas aliquando per testamentum, aliquando per codicillos, aliquando per donationem causa mortis disponitur. Iccirco procedit hoc ca. isto modo. Quia primo duorum testamentorum formæ ponuntur vnius videlicet breuis, & simplicis & alterius conditiones, & dispositiones varias cōtinentis. quod quidem testamentum subsequenter exponit, & per partes suas, & membra sin. variatur. deinde codicillorum procedit ad doctrinam, nam duobus codicillis positis de differentia, & natura ipsorum codicillorum supponitur, & tractatur postremo donatio causa mortis, & ipsa expositio & varietas subinfertur.

Testamenti forma perbreuis.

ANt. f. q. Boetij, sanus per gratiam Iesu Christi mente, & sensu, licet corpore languens suarum rerū, & bonorum omnium dispositionem per præsens nūcupatiuum testamentum sine scriptis in hunc modū facere procurauit. in primis quidem reliquit de bonis suis pro sua anima 30. lib. bo. ex quibus dari uoluit, & mādauit maiori ecclesię Bo. pro restauratione decimarū 40. sol. bono. Item conuentui fratrum prædicatorum ciuitatis

bono.30.lib. Reliquas autem omnes distribui iussit, & expendi tam circa funus, & sepulturam eius quàm sibi elegit apud ecclesiam beati Do. quam inter ecclesias loca religiosa, hospitalia, pauperes, & alias secũdũ quod utilius pro anima eius uisum fuerit ipsius cõmissario infrascripto. Quem quidem commissarium suum ad prædicta omnia, & sin. exequẽda esse uoluit dominum Cor. Præterea de alijs bonis suis reliquit iure legati An. ipsius nepoti. c. lib. bo. insuper dominę Ma. ipsius uxori reliquit dotes suas, quæ fuerunt. c. lib. bo. Item reliquit eidem iure legati de bonis. 10. lib. bon. In omnibus autem alijs suis bonis mobilibus, & immobilibus, iuribus, & actionibus tam præsentibus, quam futuris D. cuius filiũ sibi hæredem instituit. Et hanc ultimam uoluntatem asseruit esse velle, quã valere voluit iure testamenti, quod si iure testamenti non valeret, valeat saltem iure codicillorum vel cuiuslibet alterius vltimę voluntatis.

Testamentum conditiones, dispositiones uarias continens.

ANtonius per Iesu Christi gratiam mente ac corpore sanus desiderans quãdiu in corporeis membris uiget quies, & ratio regit mẽtem, quã siquidem rationẽ sæpe adeo languor obnubilat, ut non solum temporaliũ rerum, verumetiã sui ipsius cogat ipsa lãguoris vehemẽtia obliuisci conditionis humanę ineuitabile desiderans debitũ præuenire, res, & bona sua per præsens nuncupatiuum testamẽtum sine scriptis in hunc modum facere procurauit. In primis quidem disposuit, uoluit, & mandauit, quod omnia à se accepta, & habita per vsurariam prauitatem aut aliã quamcunq; illicitã, & indebitã exactionem, seu receptionẽ, restituantur, & soluantur de bonis suis usq; ad integrã restitutionẽ, & satisfactionẽ illis a quibus ipsum apparuit habuisse, & pro his soluendis, & restituendis omnia bona sua obnixa, & obligata reliquit. Itẽ pro anima sua, & parentũ suorũ reliquit de bonis suis. c. lib. bo. de quib. dari uoluit, & mãdauit ecclesiæ Sancti Pet. Bono. pro restitutione decimarum. 40. sol. denariorum. Item pro laborerio ecclesiæ talis. 20. sol. Item

cuilibet

cuilibet loco religioso, & cuilibet hospitali ciuitatis, & burgorum Bo.10.sol.bo.Item supra funus, & occasione funeris,& sepulturę suę,quam sibi elegit apud talem ecclesiam,& pro expensis,& obsequiis tumuli expendi uoluit.20.lib.bo.&c.prout disponi uoluerit testator de ipsis.c.lib.Et ad omnia,& sing.exequenda uoluit commissarios suos,& huiusmodi testamenti executores dominum Co.& dominā Ma.ipsius testatoris uxorem,& priorem talis ecclesiæ qui pro tēpore fuerit,dans eis, & cuilibet eorum plenā licentiam,& liberam potestatē, ut sine contradictione hæredū eius aut alterius personę possint sua auct.de bonis testatoris, & de quibus ipsi uoluerint uendere,alienare,& obligare pro prædictis restitutionibus faciendis,& dictis legatis animæ soluendis, & prædictis omnibus sin. exequendis, ut dictum est. Et si contigerit aliquē uel aliquos dictorū cōmissariorū suorum pręmori eidē testatori,aut mori ante executionem omnium prædictorū,alij,vel alius nihilominus pręd icta omnia,& sin.insolidū exequatur. Insuper de bonis suis reliquid iure legati tali.x. li. Itē tali. 5.lib. Itē tali seruo suo reliquit, & legauit puram,& meram libertatem secundum usum ciuitatis Romanæ, & plenam liberationem,& exceptionē ab omni seruitute, & conditione, & omne eius patronatus,& totū suum peculiū &c. prout disponet testator. Item domine Ma. uxori suæ reliquit dotes suas quæ fuerunt. c. libr. Bonon. & tota mobilia sua, scilicet lectum scrinia, & omnes pannos lineos, & laneos,quibus ipsa utetur tempore mortis testatoris. Preterea legauit eidem,& uoluit,& disposuit quod ipsa sit in domo in hæreditate sua domina,& usufructuaria, quandiu uixerit,& uidualem in ipsa domo uitam seruauerit,ut dotes & legatum non petierit.Quæ si aliam elegerit uitam uoluit ęam habere solum dotes, & legatum prædictum,scilicet ipsarum 25.lib.& mobile supradictum. Et sic de uxore scribes, quicquid ordinauerit testator.Item Iulianam eius filiam sibi hæredem instituit in c.lib.bo. quas eā habere uoluit quū nupserit, iubens eam de his esse contentam.Item Philippam eius filiā sibi

hæredẽ instituit in eo, qđ sibi, uel pro ea dedit dotis nomine, qñ nupsit. Itẽ reliquit eidẽ nomine institutionis .x. lib. bo. iubẽs de his esse cõtentã. In omnibus autem alijs suis bonis mobilibus, & immobilib. iuribus, & actionib. tam præsentibus, quam futuris. Domi. & Io. eius filios ipsum ex dicta domina M. aut alia quacunque legitimã uxore sibi ęqualibus portionibus hęredes instituit, & si cõtigerit, ex nunc filios habiturũ, peruenientes in lucem posthumos aut in medio tpe natos, si masculus uel masculi fuerint, ipsum, uel ipsos cũ prædictos Do. & Io. uel altero eorum, qui superuixerit, ęqualib. portionib. heredes instituit. Si autem fœmina una uel plures, ipsam, uel quamlibet earum sibi in c. lib. bo. hæredem instituit. Vel sic, & si prædicta sua prægnãs esset, & peteret filios, & filias, unum uel plures posthumos, aut medio tempore natos ad lucem peruenientes, si masculus uel masculi fuerint, &c. ut supradictũ est. Et hoc ultimum vult habere locum specialiter, quando proximus suspicatur habitus testatoris. Si uero aliqua dictarum, filiarum suarũ tam natarum, quàm nasciturarũ, aut posthumarum aliquando uel intra tale tẽpus decesserit sine filijs, substituit ei pupillariter, & uulgariter per fideicommissum superstites filios masculos uel eorũ filios in stirpes, & non in capita. Et si aliquis filiorũ suorum masculorum, tam natorum, quàm nasciturorũ posthumorũ, uel infra. 25. annum suę ætatis decesserit sine filiis, uel infra pupillarem ætatem, substituit ei pupillariter, uulgariter, & per fideicõmissũ superstites masculos uel eorũ filios in stirpes & nõ in capita. & si masculi, uel eorũ filij nõ fuerint, filias fœminas, & eorũ filios substituit in stirpes. & nõ in capita. Item si omnes tam masculi, quam fœminę nõ extantibus, uel remanẽtibus aliquibus ex eis filijs, decesserint, eo casu uoluit de bonis suis fieri hoc, & hoc. Præterea uoluit, & disposuit, quod non obstantibus prædictis substitutionibus, possit quilibet filiorũ, & filiarũ suarũ testari, & disponere de eo, quod sibi relictũ, aut de eo, quod ipsum spectabit ex hæreditate prædicta usque in quantitatem. 50. lib. bono. computanda in his falcidia

sibi

sibi debita. Item voluit, disposuit, & mandauit, qd̄ pdi-cti filij masculi sui simul cōiter habitent, & ad diuisionē non perueniant vsquequo oēs compleuerint 25. annum suæ ætatis. Qd̄ si contrafecerint, aut si aliq̃s eorum alios ad diuisionem prouocauerit, vel requisiuerit, priuet, & eum ipse testator priuauit quarto vel dimidia, vel tanta quantitate ex parte sua dictæ hæreditatis, quam dimidiam, vel quam quantitatē deuolui & peruenire voluit ad cæteros, vel ad talem ecclesiam. Item voluit, & deposuit qd̄ dicti eius filij vendere nō possint de bonis immobilibus ipsius hr̄ditatis, quousque compleuerint 20. annos, vel tale suæ ætatis. Quod si contrafecerint, voluit qd̄ fiat hoc, & hoc ponendo ea quæ testator ordinauerit. Et sic pōt testari, ordinare, & grauare hęred. suos in eo, qd̄ vult. Tutores autem filiorum suorum, tam natorū quā posthumorum pupillorum esse voluit talem, absoluens & liberans eos, a rōne & administratione reddenda, & ipsam rōnem eis remittens in fine dices. Et hanc vltimam voluntatem asseruit esse velle, quam valere voluit iure testī, quod si iure testamenti non, valeret valeat saltem iure codicillorum, vel cuiuslibet alterius vltimæ voluntatis, & voluit hoc testamentum, seu vltimam voluntatem omnibus alijs testamentis, vel vltimis voluntatibus hinc retrofactis preualere, vel tam factis, quam faciēdis de cætero præualere, &c. secundum quod his verbis disponet testator.

Notula.

ATtende igitur testamentum prædictum, dispōnes varias cōtinere, quæ quidem, & si non semper oēs occurrunt, ponuntur tamen, vt doctrina tibi sit. qūo, & quo loco scribi debeat vnumquodq; non tamen intelligas oēs positas esse quæ possunt a testatoribus ordinari, quia & hoc ex humana inuentione foret impossibile, quo voluntatum hominum non sit finis. Veruntamen prædictus ordo non in qualibet terra seruatur. Quidam enim eo quod hæredis institutio caput, & fundamen-

tum dr testi ipsam hrdes institutionē scripto procemio subsequenter ponunt in principio testi, deinde ad allegata,& fideicommissa procedunt. Sed bo.ciuitas pdicta in dictis testis sibi appositam tenet formam quam credo multis rōnib.meliorem.Cum itaque in testis anteponātur procemia.de illis succincte,& breuiter est vidēdū,q licet quidam his proęmijs vtantur potius tñ sunt curiositatis q̄ vtilitatis.Pones igitur procemium, qd breuius poteris. Si.n.fuerit testator infirmus vtaris in procemio forma prædicti primi testi. Si vero fuerit sanus dices.An sanus p gratiam Iesu Christi mente, & corpore suarum rerum, & bonorum oīum dispositionem &c. & si prolixius dicere volueris, videas qūo iacet in forma scdi testi prædicti. Et siquis testm fecerit volens mare transire vel beati Iaco.limina visitare,vel alias ire, & de hoc volueris in testō facere mentionem licet non multum expediat poteris dicere sic.An.volens in subsidium terræ sanctę vltra mare trāsire,vel beati Ia.limina visitare, præsens nuncupatiuum &c. super huiusmodi autem proęmijs diuersæ sunt formæ,quas pro libito prosequi poteris. Verum quia vtiliora supersunt,ideo ad illa veniendum est.

Testamentum quid sit, & vnde dicatur.

TEstamētum est voluntatis alicuius legitima dispositio iusta snīa.i.de eo quod post mortem suam fieri voluit cum institutione hęredis,vel sic.Testamentum est solemnis ordinatio siue voluntas, cum institutione hæredis.vnde sine hæredis institutione non valet testm. In quo testamento nemo potest sibi legem dicere à qua recedere nō liceat cum ambulatoria sit voluntas vsq; ad exitum vitæ testamentum nisi testatore mortuo non habet vires,& dicitur testamentum mentis testatio,i.declaratio voluntatis.

De diuisione testamentorum.

TEstamentorum aliud in scriptis aliud sine scriptis

etiam

etiam sine vlla scriptura, sed in testium præsentia fit. Testamentũ in scripturis dr̃, quod fit sine solemnitatib. & dicitur testamentum nũcupatiuum, sicut sunt prædicta testamenta quorum formæ scriptæ, sunt in principio huius cap, videlicet quando coram tabellione, & testibus nuncupatur testator hæredis, testamento, & ea quæ testamẽto ordinãtur, & nõ interueniũt aliæ solẽnitates, & ob id dicitur sine scriptis sine, s. solennitatibus. Sed testamentum in scriptis dicitur quod fit cum solẽnitatib. quæ quidem faciunt illud valere, & sunt illæ solennitates tales, vt quas testator propria manu scribat, si litteratus est, & possit scribere. Sed si illitteratus est & nõ possit scribere, scribat alius eius mandato, & offerat testator illud coram. 7. testibus dicens illud esse suum testamentũ, quod offertur non tamen refert vtrũ illi testes sciant, quæ continẽtur in testõ, uel non, & sit in eo scriptũ nomen hæredis, & prædictus testator, uel ille qui scripserit eius mandato scribat in testamẽto se coram testibus, & etiam subscribat unusquisq; testiũ eorũ in eodem die, & tẽpore & apponat vnusquisq; sigillũ suũ, & sine testiũ solennitatib. testamentum in scriptis factũ nõ valet quãtum ad extraneum hæredem. Sed si fuerit hæres testatoris filius, valet etiam his solennitatibus deficientibus. Quomodo autem testamẽtum debet fieri, & qua forma subscribi, & quomodo aperiri committitur, a consuetudine temporis nostri est quodãmodo alienum. Fit etiã testamentum sine scriptura uidelicet, quod quando non potest haberi tabellio testator uocet. 7. in ciuitate, 5. in villa, si plures habere non potest, & disponat coram eis voluntatem suam, & dispositionem hæredis nominationum, & institutionẽ, & roget illos esse testes, mortuo autẽ testatore adhibet aliquis ius in testamẽto habens iudicẽ potestatis & narrabit hoc iudici, & iudex uocatis hæredibus legatarijs & fideicõmissarijs, siue uenerint siue non, cõmittet alicui tabellioni testes ipsos ad notitiã testamẽti ad ꝑpetuã rei memoriã recipere, & ipsi testes iurati deponent vnusquisq; de nomine, & de pronomine, & ætate testatoris, & de eius uerbis quæ vsus fuit in te-

stamēto,& spāliter de hęr.instōne,& de anno die loco, & testi b.& his testib. receptis legentur dicta eorum coram iudice,pręsentibus 7.testibus alijs & tabellio de mādato iud.publicabit illos,& se subscribet.

Testamentum.

TEstm̄ autēticum & integrum dare pōt cuilibet hę-redum,& substitutorum,& commissariorum,seu fideicommissariorum,& legatariorum.Pōt ēt nihilominus cuilibet legatariorum certa pars testī,s.illa in qua fit mētio de eo,quod sibi legatum vel relictum est hoc modo.A.per gratiam Iesu Christi sanus mēte, & sensu,licet languens corpore suarum rerum & bonorum oīum dispositionem per præsens nuncupatiuum testm̄ sine scriptis in hunc modum facere procurauit.In primis q̄dem de bonis suis reliquit pro anima sua 20.lib. &c. & infra alia & in eodem testō disponi tale fecit legatum his verbis expressim.Præterea de alijs bonis suis reliquit iure legati An.ipsius nepoti c.lib.bo. in fine autem testi hoc cōtinetur.In omnib.autem bonis suis mobilibus,& immobilibus,iuribus,& actionibus vtilibus,& directis tā præsentibus,quàm futuris Do.eius filium sibi hæredem instituit. Et hanc suam vltimam voluntatem asseruit esse velle,quam valere voluit iure testī.quod si non valeat iure testamenti,valeat saltem iure codicillorum uel cuiuslibet alterius vltimę voluntatis.Et ita nota,quod q̄n sumitur pars,debet poni principium testamenti,& finis,& specialiter hæredis instituito,& in medio debet poni illud legatum,cuius occasione sumitur pars secundū formam prædictam.

Qui testari non possunt.

HI sunt qui testari non possunt, prohibentur a lege facere testamentū. Videlicet impubes.s. masculus minor 14.annis, & foemina minor 12 quia non habent animę iudicium. Item filiusfamilias non potest testari, etiam si pater consentiat, nisi de castrensi, vel quasi castrensi

&c castrensi peculio, de quo, & præter pris voluntatē testari potest. Item testari non pōt furiosus, uel mētecaptus, quandiu furiosus est. Item prodigus, cui bonorū administratio interdicta est. Item surdus, & mutus naturaliter. i. a natiuitate, sed si accidentaliter est mutus & surdus, & sciat literas, pōt ipse suum scribere testm̄, & codicillos, sed si tm̄ surdus est bene pōt facere testm̄. Item seruus nō potest testm̄ facere. Item damnatus ad mortem. s. condēnatus ut moriatur uel efficiatur seruus pœnæ. Item ille qui dubitatur de statu utrum sit liber, uel seruus, utrum paterfamilias, uel filiusfamilias. Item illi qui sunt obsides pro captiuis populi Romani. Item qui cōdemnatus est de crimine famoso, sicut de crimine quod est contra naturam, uel de alio famoso crimine. Itē monachus seu canonicus regularis. Item hæreticus. Itē qui cōmisit crimen lęsę maiest. Item cæcus testari non pōt, nisi quadam solennitate adhibita, q a ubi uersatur maius periculum, debet adhiberi maius cōsiliū. Debet tn̄ uocare 7. testes & tabellarium, & ore exprimere, se velle testari sine scriptis, & debet exprimere nōia, & iudicia & dignitates hæredes quos instituit, & legata designare, & oīa scribēda sunt a tabellario coram testib. tunc, uel si essent antescripta coram testib. recitari debent. Et cæcus debet profiteri illud suum esse testm̄, & ipsum depositum, & ex sui animi scientia. In fine debet unusquisque testium & etiā tabellarius se subscribi, & testium & tabellarij signacula dēt apponi, qđ si tabellarius inueniri nō pōt. Octauus debet testis adhiberi, vt per eum capiat effectum, qđ per tabellionem fieri debeat, ut dictum est. Et hoc testm̄, dr̄ nuncupatiuum licet multā similitudinem habeat cum testō in scriptis. Cæteræ autem personæ testari possunt.

Legata & fideicommissa.

QVoniā secūdm ordinem testamētorum, in principio vnius ca. scriptorū posito nōie testatoris, & proœmio, statim pcedit ad legata & fideicōmissa, iccirco uidēdū est q d sit legatū & quid fideicommissum.

Et

Et q̄ p̄nt legare,& quib.legari pōt,& quæ res p̄nt legari, & q̄ non. Legatum est donatio quædam a defuncto relicta,& ab h̄rde p̄standa, quia legatum regulariter tradit ab hære. Fideicommissum, fère idem est legatum fideicommissum, iō dictum est q̄a fideicommissa olim pēdebant ex fide h̄rdum, sed hodie ferè exequata sunt legata & fideicommissa,& q̄ cq̄d iuris est in uno est in alio, sed commissarius aliud est, q̄a commissarij dñr quibus committat legatum animæ soluēdum, vñ in multis locis appellant executores testamentorum q̄ exequuntur legatum animæ. Possunt autem legare oēs qui testm̄ facere possunt. Legari autem pōt omnib. illis, qui possunt hæredes institui. q̄ vero institui possunt, & q̄ non in institutione hæredum. Præterea legari pōt res testatoris, & res hære. Item res extranei legari potest.& hoc uerum est qñ testator sciebat rem alienam esse, & hæres debet tunc rē illam emere a dño,& tradere legatario,& si dñs uendere noluerit, debet hæres tradere legatario æstimationem. Item p̄nt legari fructus futuri. Item iura actiones, & seruitutes. Legari vero non p̄nt res quę non sunt in rerū natura, ut hypothecarius,& ea de quib. nō est comertium, utputa forum. Roma, uel Basilica, uel Templa, vel quæ usui publico destinata sunt. Item ea q̄ sunt iniuncta hæredib. ut ne urbs ruinis deformetur, Cæterum legari potest, seu legatum relinqui quibuscunque uerbis, apertis tñ, & idoneis, ut si dicat testatoris do, ego dari iubeo, mando præcipio,& similiter. Et relinqui pōt legatū pure,& in diē,& sub cōditione. Et pōt testator, huiusmodi legatis apponere pœnam, & conditionem quam uult.

Hæredum institutio, & qui possunt institui, & qui non.

QVia hæredes institutio est caput & fundamentum testī totius & sine hæredis institutione nō, uidelicet testm̄. Iō multum interest tabellionum de hær. cōsiderare,& inquirere. Sed primo uidēdum est q̄d sit hæredem instituere. Secundo de hære. diuisione. Tertio

do qui debet & possunt hære.institui,& qui non. Quarto & vltimo quo fiat hære.institutio. Est autē hære. institutuere aliquem post mortem suam loco sui in oib. bonis suis dominum cōstituere. Nam dicitur hæres ab hero.i. domino. Vnde hæres est q̄ succedit in vniuersa bona defuncti,& ad hæredem commoda, & incommoda hǣditaria redeunt. Nam interpretatione iuris vna,& eadem ꝑsona videtur esse hæredis & defuncti. Hæredum alij sunt sui,& necessarij. Alij necessarij tantum. Alij extranei. Sui & necessarij sunt filij seu liberi qui sunt in potestate, ideo sui quia in potestate sunt,ideo necessarij, quia iure ciuili,veluti naturaliter sunt heredes, licet possint iure prætorio ab hæreditate abstinere si velint. Necessarij sunt tantum serui. Vnde si seruus instituatur heres, velit vel nolit tenetur hereditatem etiam suspectam adire,sed ipsa institutione fit liber. Extranei sunt qui non sunt in potestate,Vnde voluntarij heredes sunt,nec compelluntur vllo iure adire hǣditatem nisi cum instituti sunt hæredes,& rogati per fideicommissum,alteri hæreditatem restituere, quia tūc compelluntur adire hæreditatem iudicis officio,& habitum restituere re,& verbo vel saltem verbo,Sed nota mulieri omnem hǣdem esse extraneum, quia neminem habet in potestate,licet etiam mulier teneatur liberos instruere iure naturę. Debent autem liberi descendentes, aut sint emancipati aut non aparentibus institui , si uniuersaliter siue certa parte dummodo illa non sit minor falcidia . Et si minori parte quam falcidia instituerentur possunt agere ad supplementum nisi exhæredentur. Possunt autem exhæredari si iusta nominatim exheredationis causa interueniat,quę quidem exprimetur . Causæ itaque ipsæ , quibus parentes possunt filios exhæredare sunt quatuordecim,i.vt infra habetur in fine huius cap. Ex his liberis nemo debet a patre , vel a matre , aut ab his, in quorum patria potestate sunt præteriri,qui n instituantur aut exhæredētur . Et si præteri rentur, possunt agere ex querela inofficiosi testamenti, & non valet testamētum quantum ad hæredis institutionem,licet quantū ad alia legata,& relicta teneat.

Verum-

Veruntamen si quis instituit filium, non oportet insti-
tuere filios eiusdem filii sui, licet sint aui paterni pote-
state. Sed nepotes ex filia sunt in potestate aui materni
q.a. sequuntur familiam & potestatem sui patris vel aui
paterni, idem iuris est in filio, quia filius tenetur paren-
tes quando licet ei testari, instituere saltem in falcidia,
quia ordine mortalitatis turbate nō minus debetur piè
hereditatis filiorum parentib. quam econuerso. Potest
etiam filius parentes exheredare si interuenit iusta, ex-
hæredationis causa, vt in fi.cap.here. Item possunt hære.
institui extranei, & omnes præter hos. s. deportatus pro-
pter aliquod delictum in aliquā insulam, siue bannitus
in perpetuum. Item damnatus in metallum fodiēdum.
Item collegium illicitum quod videlicet non est appro-
batum. Item incestuosus. s. ille qui est natus ex damnato
coitu i. spurius testatoris. Item seruus qui accusatus est
de adulterio cum domina sua cōmisso ab illa domina
institui non potest. Item hæreticus. Item apostata. Item
mulier, quę conuolat ad secundas nuptias infra tempus
luctus, hoc est infra annum post mortem primi uiri. Itē
qui scienter contraxit cum aliqua muliere ignorante, il-
las esse illicitas nuptias, quæ tamē erant illicitę, non po-
test ab illa muliere institui. Generaliter autem omnes
alij possunt hęre. institui, & accipere quicquid a testato-
re relinquitur siue sint alij siue extranei, siue liberi, siue
serui testatoris vel alieni, siue paterfamilias siue filijfami
lias siue impuberes fuerint, vel maiores, siue persona
priuata, siue ecclesia vel vniuersitas. Cęterum scias quod
hęredis institutio potest fieri pure, & sub cōditione. Itē
debet fieri facta demonstratione certi hęredis vel nomi-
nando hęredem proprio nomine, vel demonstrando eū
ad oculum, vel alio indubitabili signo, & si de certo hæ-
rede non appareret, non valet institutio. Præterea
debet nomen hæredis per prænomen, vel aliam expres-
sam demonstrationem exprimi, vt bene sciatur, de quo
primo dixit testator, quia si testator nominasset Pe. &
nesciretur de quo Pe. dixisset eo ꝙ habeat plures ami-
cos eiusdem nominis, non valet institutio. Item potest
institui

Instituit heres insolidũ. Item pro parte, utputa dimidia, tertia, uel quarta: & pro parte qua institutus est, debet subire onus æris alieni. Et not. quòd si unus institutus est heres in certa parte, & alius vniuerso, ille qui institutus est in certa parte loco legatarij habet, sed vnus solus institutus hæ. & est in certa parte institutus, nec inuenitur alius uniuersalis, tũc detracta rei certa mentione institutus iure certo insolidum erit hę. Sed attende precipue tu tabellio, si testator instituat filios unum uel plures masculos, uel feminas utrum exoratus, uel non, & si filios instituat utrum natos uel posthumos, & super institutionibus prædictarum personarum veteris forma, quę continetur in prędictis duobus testamentis.

De substitutionibus. & eorum diuisionibus.

SVbstitutio est secunda conditionalis institutio, quia institutio dicitur primus gradus, & substitutio secundus. Et licet substitutiones in infinitum de uno in alium possint procedere, quęlibet tamen substitutio secundus gradus, sicut secundę nuptię dicuntur omnes quę sequuntur primas. Substitutionum alia directa, alia obliqua seu fideicommissaria. Directa est per quã quis capit hęreditatem, nullo alio mediante. Obliqua siue fideicommissaria est, cum aliquis capit hęreditatem mediante aliqua persona, ut in hoc exẽplo. Instituo Do. meum hęredem, sed rogo eum per fideicommissum, ut hęreditatem ipsam restituat Cor. Directarum autẽ substitutionũ alia uulgaris alia pupillaris, alia exemplaria, alia compendiosa, alia breuiloqua siue reciproca. Directa uulgaris subdiuiditur, quia aliqua expressa aliqua tacita. Expressa uulgaris fit cum ista negatione non, hoc modo. Instituo Do. mihi heredem, & si Do. uoluerit uel non potuerit heres esse, sit hęres Cor. Tacta uulgaris fit sine dictione, non hoc modo. Instituo mihi hęredes Do. & Cor. & eos substituo, qua substitutione colligitur, quòd si unus non fuerit heres, alius insolidum sit, & dicuntur uulgares, quia fiunt quolibet de uulgo,

& cui-

& cuilibet siue sit in potestate, siue nõ. Pupillaris substitutio est quæ fit pupillo, & hæc subdiuiditur, quia alia expressa, & alia tacita. Expressa pupillaris fit hoc modo. instituo Do. pupillum filium meũ mihi hæredẽ, si ipse decesserit in pupillari ætate, substituo ei Cor. Tacita pupillaris est hæc. Quisque mihi hæres erit, sit hæres filio meo, per hanc tacite intelligitur, quòd si filius decesserit in pupillari ætate, ille qui hæres patri erit, hæres erit & filio. Et dicũtur iste pupillares substitutiones, quia solis pupillis in potestate patrũ existentibus, & ab ipsis patribus fiunt, per quod euidenter apparet, ꝙ nõ a matre, sed solũ a patre fiũt, cum mater nõ *habeat filios in potestate*. Sed no. hic quòd substitutus ex *pupillari expressa repellit* matrẽ pupilli, & oẽs uenientes ab ipsa. Sed substitutus ex tacita pupillari repellitur a matre pupilli, & succedit ipsi pupillo mater. Item no. quòd omnis qui est substitutus ex pupillari substitutione, fit hæres ipsi pupillo, ille uero qui est substitutus ex uulgari fit hæres ipsi testatori. Exẽplaria substitutio est, quæ fit a parente utriusq; sexus filio furioso, uel mentecapto. Et dicitur exemplaria, quia fit ad exemplum pupillaris, quia sicut pa*ter prouidet* suo filio pupillo qui testari nõ poterat de *hærede*. ita in exemplaria prouidet filio mẽtecapto, vel furioso, qui testari non poterat. Debet autem pater filio furioso, vel mentecapto substituere liberos ipsius mentecapti, & si careat liberis debet instituere fratres ipsius mentecapti, uel furiosi, & istis deficientibus, potest instituere quoscunque extraneos, & fit hoc modo. Domi. filium meũ furiosum, uel mentecaptum mihi hæredẽ instituo, & Co. si decesserit furiosus, uel mentecaptus, substituo ei talem alium. Compendiosa substitutio est quę fit isto uerborum, compendio hoc modo. Instituo Cora. filium meum mihi hæredem, & si dictus Cor. quandocunq; decesserit, substituo Do. Et hæc ideo dicitur compendiosa, quia sub compendio continet uulgarem pupillarem, & fideicommissariam substitutionem. Breuiloqua, siue reciproca fit hoc modo. Do. & Cora. filios meos impuberes mihi hæredes instituo, & eos adinuicem substituo, &

hæc

hæc substitutio duas vulgares continet, duasque pupillares. Vnde quia continet expressam pupillarem si aliquis prædictorum decesserit in pupillari ętate, mater impuberis decedentis omninó repellitur, & succedit substitutus. Cæterum no. quòd in omnibus substitutionibus præcedere debet institutio, sicut primus gradus, & postea poni substitutio. Item nota, quòd aliquando fiunt simul, & semel iste tres substitutiones s. pupillaris, uulgaris, & fideicommissaria. hoc fieri potest quando instituti, uel aliquis eorum non sint pupilli. Et aliquando fiunt duę. s. uulgaris & fideicommissaria. & hęc fieri potest quando nemo institutorum pupillus est quomodo autem scribantur in textu uideas prædicti maioris testamenti. Item nota quòd fiunt institutiones in stirpem, & non in capita, tunc enim fiunt in stirpem quando filij mei in omnes, licet sint plura capita, habent illam solã partem, quæ mihi contingebat ex bonis patris mei eorum aui. Vnde instituti, sunt in stirpem hoc est in eam partem quã ego qui fui eorum stirpes debeam habere.

Testes quot necessarij sunt in testamento, & non qui possunt esse testes.

IN testamentis exiguntur regulariter. 7. testes, qui præsentes sint, & debent uocari, & rogari, sed ille qui scribit testamentum in numero. 7. testium computatur. Computari etiam possunt in eodem numero legatarij, si præsentes sunt, & hoc uerum est, si quęstio esset inter hæredem & legatarium, ipse legatarius non posset esse testis in causa sui legati. Vnde tutius est, ꝙ alij testes ponantur si haberi possunt, & non legatarii. Item aliquando exignntur. 8. testes. s. in testamento cęci, ut superius dictum est, etiam in testamento facto in scriptis, illo uidelicet, quòd testator nõ scripsit sua manu. Sufficiunt autem. 5. testes in testamentis conditis in uillis, si ibi plures reperiri non possunt. Item in testamentis illorum militum, qui pro salute romani imperij iurauerint se non euitaturos mortem. Aliquãdo sufficiunt duo, aliqñ

nullus

nullus, sed de istis nihil ad presens, quia nō sunt tales milites nostri tpis. Item in testō condito in pētia imperatoris precibus eis porrectis, vt audiat, nullus testis exigitur. In testis autem prohibent esset testes mulieres. Item hermafroditus qui magis in fœminino incalescit sexu. Item impuberes. Item furiosus tpe furoris. Item mutus & surdus. Item is cui bonis interdictum est. Item seruus nisi communi opinione tunc tpis haberetur liber, nec qō sui status ab aliquo mouebatur, tunc in numero 7. testium computatur. Item uetatur esse testis in testō quicunque est in potestate testatoris. Item hæres scriptus, & etiam ille qui cum ipso herede eadem potestate est. Generaliter autem testes esse possunt illi quibus in testō relinqui non potest, prout supra habetur in rubrica, de hæredum institutione.

Testamentum quot causis infirmatur, & non valet.

ATtende igitur, ꝙ si contra ea quæ dicta sunt supra a testatore hære. & testib. fiat testamentum non valet. Item non valeat testamentum si testator talis est, qui nec scribere, nec articulate loqui potest, quia tunc mortuo similis est, immo in huiusmodi testamentis falsitas committitur. Item debet fieri testamentum uno cōtextu, ita quòd nullus illius actus interponatur, nisi medicaminis, vel alia breuis necessitatis causa. Item non valeat testamētum si est natus posthumus, de quo nō fuit in institutione facta mentio. Et licet quātum ad institutionem non valeat testamentum, quia ille posthumus rumpit institutionem, ualet tamen quantum ad legata, & ad alia relicta. Est autem posthumus qui nascitur post mortem patris, vnde posthumus posthumatum patrem natus. Item non valet testamētum si post illud aliud ab eodem legitime factum appareat. Item si testator adoptetur vel arrogetur, vel alias capite minuatur. Est autē capitis diminutio triplex. s. minima media & maxima. Minima est, quādo adoptatur vel arrogatur aliquis aut emancipatur. Media quando aliquis perdit ciuitatem

Maxima

Maxima, quando aliquis perdit ciuitatem, & libertatẽ, Item non ualet testamentum si nemo ex eis sit hæres, Item si imperfectum est. Item si abolitum uel cancellatum est uel aliqua parte uiciosum.

Codicilli forma facti ante testamentum.

ANto. per gratiam Iesu Christi mente ac corpore sanus. Vel per Christi gratiã mente sanus. licet corpore languens. præsentibus codicillis ultimũ velle suũ de bonis suis disposuit in hunc modũ. In primis quidẽ pro anima sua reliquit de bonis suis. 25. lib. bo. de quibus dari uoluit tali ecclesię tantum, &c. Et hoc ex equi, & fieri uoluit per tales, quos suos esse uoluit commissarios. Itẽ tali legauit uel iure legati reliquit de bonis suis. Plu. c. sol. bo. Item uxori suę reliquit dotes suas quæ fuerunt. 50. lib. Item de bonis suis legauit hoc, & hoc. Item illũ. uel illos, ad quem uel quos hæreditas sua de iure spectabit rogauit per fideicommissum, ut ipsam hæreditatẽ, uel talem partẽ eiusdem, siue talẽ rem ipsius hæreditatis quam primum hæreditatem ipsam adierit vel decesserit sine filiis, restituat tali. Et hãc suam vltimam voluntatẽ asseruit esse velle, quam ualere uoluit iure codicillorũ, vel quocunque alio iure, quo melius valere potest, &c.

Codicilli forma post testamentum.

CVm An. super bonorum suorum dispositione nuncupatiuum sine scriptis fecerit testamẽtum manu mei, vel talis not. scriptũ idem An. quia circa quædã quæ in ipso testamento continentur uoluntatem mutauit, quam quidem licet usque ad finẽ vitę exitum immutare præsentibus codicillis prædictum testamentum obtinere iussit plenissimam firmitatem, hoc tamen mutato, quod istis codicillis illas. x. lib. bo. quas in eodem testamentum tali legauerat, ademit & subtraxit eidem. Ita tali reliquit de bonis suis iure legati talem domum uel rem, &c. Et hanc suam ultimam voluntatem asseruit esse uelle, quam ualere uoluit iure codicillorum, quæ si iure codicillorum non ualeret, ualeat iure cuiuscunque alterius vltimæ uoluntatis qua melius ualere potest.

Codicillus quid sit, & quibus modis fiat.

EST igitur Codicillus quædam dispositio ultimæ uo luntatis suæ sine hæredum institutione. Fieri autē possunt codicilli pluribus modis, quia aliquādo fit codicillus ante testamētū, & tunc in eodem testamento subsequenti facienda est mentio ipsius præcedentis codicilli. Aliquando fit codicillus post testamentum, tūc in eodem codicillo facienda est mentio eiusdem testamenti, ut in præcedenti forma. Aliquando etiam fit codicillus post testamentum, & post alium, uel alios codicillos, cū plures ab una persona fieri possint codicilli, & tunc faciēda est mentio non solum de testamēto, sed etiam de præcedenti uel præcedentibus codicillis. Aliquando fit codicillus nullo præcedente uel subsequente testamento.

Codicillos qui possunt facere, & quid differant à testamento ipsi codicilli.

CODICILLOS facere possunt omnes quibus de iure promissum est facere testamētū. Illę autē personæ quæ prohibentur testari nō possunt facere codicillos, sed quę sint illę habetur supra in rubr. de his qui testari non pnt. Cæterum in hoc differunt codicilli a testamētis, quia in testamento fit directa institutio, & exhæredatio. In codicillis autē nō nisi per fideicommissum, quia potest rogari per fideicommissum ille, qui futurus est hęres ab intestato, ut hæreditatem alteri restituat, sicut supra habetur in forma primi codicilli. Sed in codicillo non potest fieri substitutio alicui instituto in testamēto, nec aliqua conditio in codicillo apponi potest, quæ obsit hæredi instituto. Item in testamento exiguntur regulariter. 7. testes, & rogati, sed in codicillo sufficiunt. v. etiam non rogati. Item posterius testamētum ipso iure tollit primū, & non potest quis decedere duobus testamentis relictis, vt vtrunque teneat. Veruntamen ultimus codicillus nō rumpit primum, nisi expræssim contradicat ei, & pluribus codicillis relictis potest quis decedere.

De donatione causæ mortis facta filiosa.

ANto. fi. Bo. eiusdem patris sui suppositus potestati, quia

quia lege prohibente ex patris iussu testari non potest, hanc causa mortis donationem eodem patre suo ibidē praesente, uolente, & concedente. Sanus per gratiam Iesu Christi mente, licet corpore languens fecit, & disposuit in hunc modum. In primis quidē donatione causae mortis donauit pro anima sua. 20. lib. bono. expetēdas hoc modo, &c. & exequi uoluit, & mandauit per talem quem suum reliquit commissarium. Item reliquit tali talem rem, & sic scribes ordinate quicquid disposuerit donator. In fine autem dices. Et haec omnia, & sin. causa mortis donatione disposuit, & donationem ipsam ualere uoluit, & tenere, si ipsum de hac ęgritudine mori contigerit, alioquin nequaquam.

Donationes causa mortis quot modis, & quibus fiant & quid sit ipsa donatio, & ex quibus causis reuocentur, & in quo differant legatis.

Videas igitur quod in donatione causa mortis a filio familias facta necessarius est patris cōsensus, & cōsentiente patre, pōt per donationē causa mortis disponere quicq d uult, & cuicūque relinquere, & filio suo si habeat, & eidē substitutionē facere in alterū de eo, ꝙ ipsi filio suo relinquit. Hac uero donationem causa mortis facit filiusfa. quia testamentum facere non pōt, etiā si pater consentiret, nisi de castrensi, uel quasi castrēsi peculio, de quo quidē peculio bene pōt testari ēt contra patris uoluntatē. Est autē castrēse peculium, quod milites militando acquirunt in castris, sed quasi castrense peculium est, quod clerici assessores aduocati, & medici acquirunt. Item not. quod donationes causa mortis fiunt aliquādo patrifa. & ab his qui sunt sui iuris, & tunc sunt inchoandę sicut aliae ultimę uoluntates hoc modo.

Donationis forma.

Talis per gratiā Iesu Christi sanus mente licet corpore lāguens, uolens de bonis suis per donationē cā mortis disponere, presētē causa mortis donationē in hūc modum egit. In primis quidē, &c. Itē potest donari per-

donationem causa mortis omnibus quib. legari potest, quod tempore mortis inspicitur, nam huiusmodi donationes ad instar legatorum redactę sunt. Veruntamē donationes causa mortis non sunt legata, uel testamenta, sed donatio causa mortis est quædam ultima uoluntas, quia quis donat causa mortis. Differunt autem donationes causa mortis a legatis in multis. Primo quia filiusfa. legare non potest eo, quod non potest testari, ut dictum est, sed donationem causa mortis facere potest. Secundo, quia si alicui causa mortis aliquid relictum est, & illi in ea substitutus est alter, ille, cui relictū est, debet promittere substituto, quod conditione adueniente id, in quo est substitutus, dabitur ei, & quod interim ea refruetur arbitrio boni viri, quod non fit in legato. Tertio, quia in donatione obligatur donās donatario, quod in legato non est. Quarto, quia legatum traditur ab hærede, doaatio autem plerunque a defuncto. Quinto, quia donatio facta in annos singulos est una, sed legata sunt epistola. Sexto, quia sic accuso testamētum, ut falsum, & succumbo perdo legatū, non aūt donationem causa mortis. Præterea attende, quod in donatione causa mortis exiguntur. 5. testes. Reuocantur autem donationes causa mortis quatuor modis. Primo si donatorem pœniteat donationis. Secūdo si prius moriatur donatarius, quam donator. Tertio si donator conualuerit, & donationē nō cōfirmauerit. Quarto si in donatione cōtinetur illa, quæ continetur supra in fine dictæ donationis, videlicet si dicat donator, & hanc donationem uolo ualere, si de hac ęgritudine contigerit memori, alioquin non.

De exhæredationibus notulæ.

QVoniam in rubr. supra de hęredum institutionem habere mentio, quod parentes filios, & filij parentes exhæ pñt, iccirco hoc ult. subiūgendū est, q b, ex causis exhær. ipse interueniunt. Est igit̄ sciendū qđ 14. sunt causæ, quib. pr̄ uel mater, auus uel auia, filios uel nepo. exhæ. possunt. Primo si filius manū iniecerit in patrē uel offenderet eum. Secundo, si grandem iniuriā, & contume-

tumeliam fecerit patri. Tertio, si partẽ de criminalibus causis accusauerit, nisi fortassis eum accusauerit de crimine lesę maiestatis, vel de offensa in r. p. facta. i. cõtra cõmune ciui. suæ, quia duabus his causis etiã si accusauerit patrẽ nõ potest pater ideo cũ exhæredare. Quarto si filius maleficus cum maleficis uersatur. Quinto, si filius machinatur, uel insidiatur in necem patris. Sexto, si filius calumniosę litem mouerit patri in qua quidem lite fecerit patrem grauia dam. substinere. Septimo, si filius rogatus a patre in carcere ob debitum detruso, ut si deiubat pro eo ipse filius fideiubere non uult in eo, pro quo creditores ipsius fideiussionem recipere uolunt, quod quidem solum in masculis locum habet. Octauo, si filius prohibuit patrem testari. Nota, si filius ioculator est contra uoluntatem patris, nisi pater eandem profectionem habuerit. Decimo, si filia non obedierit patri uolenti eam honeste nubere, & dotem constituere secundum patrimonij uires, sed potius ipsa uel luxuriari. Vndecimo, si filius nouercæ suæ, aut concubinę patris immiscuerit. Duodecimo si filius patrem neglexerit furiosum, in quo quidem casu etiam licet nõ fuerit a patre exhere. ipso iure exhære. est. Terriodecimo, si filius patrem a saracenis captũ redimere non uult in quo casu si pater in captiuitate moritur, hæreditas spectat ad ecclesiam. Quartodecimo, si pater est catholicus, & filius hæreticus. Viso igitur quibus causis parentes possint filio exhæredare uidere restat quibus causis filij possunt parentes exhæredare, & etiam nepotes, auum & & auiam. Sunt itaque ipsę causæ septem. Prima si pater filium accusauerit de crimine, excepto quam de crimine læsæ maiestatis. Secunda, si pater uitæ filij per uenenum uel alio modo insidiatus fuerit. Tertia, si pater uxori vel cõcubinæ filij se immiscuerit. Quarta si pater prohibuit filium testari de his in quibus testari poterat. Quinta, si pater non egit curam filij furiosi, faciendi sibi, mederi, uel aliter subueniendo. Sexta si pater filium a saracenis captum non redemerit, quia tunc in captiuitate saracenorum moritur, bona filij de quibus testari pote-

tat dicunt dari ecclesiæ, vel dari pro redemptione captiuorum, sed si filius redierit recte potest patrē exhæredare. Septima si pater est hæreticus filius vero orthodoxus. Demum no quod causa exhæredationis debet exprimi, & nominari, aliter non tenet exhæredatio.

NONVM CAP. INCIPIT, DE ORDINE iudiciorum tractatus, & diuisum est in tres partes.

In prima enim tractantur notulæ.

In secunda acta scribenda.

In tertia vero epistolæ emittendæ.

IN antecedentib. huius operis iuxta meæ cognitionis exiguę modulum, septē de contractibus, & vno de vltimis voluntatibus cap. explicatis, duabus videlicet ex principalibus partibus notariæ. Restat nunc artis eiusdem partem tertiam de iudiciorum, atque causarum ordine in hoc huius lib. 9 cap. subinferri. Verum quoniam in iudicijs presertim ciuilibus necessaria est ut plurimum in forma libelli editio actionis, & hanc videlicet actionem edere ac libellū formare ad iuris peritorum, & aduocatorum officium summę, eo quod est de iuris interiori medula, & totius causę principale ponitur fundamētum, super quod processus subsequens constituitur, & firmatur. Iccirco quia presumptionis est in alterius ponere messem manum, formationibus libellorum, & editionum omissis, vtpote his quę ad iuris peritorum potius quam ad tabellionum officium pertinere noscuntur, ad ea quæ ad nos pertinent. scire videlicet qualiter scribentur acta causarum ideo canoni principalis intentio dirigitur, & processus. Est igitur huius c. ordo talis. In tres enim partes diuiditur principales. In prima quidē ponūtur, & si non oēs quędam tñ, & perutiles rōnes, & notulę quib. aliqd de iudiciorum natura, ordine, & cognitione tractatus.

In secunda exemplificatur qualiter singula iudiciorū tā ciuilium quàm criminalium a tabellionibus in actum deducantur, & exercitium. Vltimo subinserūtur epistolæ quædā quæ de facto sæpe solent occurrere in aliquibus officijs curiarum. Quarū literarum cursum, & formā non audet tabellio illis deputatus officijs ignorare.

De iuditiorum diffinitione æquiuocatione & diuisione.

IVdicium prout præsentis operis supponit intētio est actus legitimus trium personarū, s. actoris, rei, & iudicis. Vnde hoc modo dicitur iudicium instantia, siue ordinatio causæ facta coram iudice inter actorē, & reum, tres, enim & diuersas, ut iudicium sit, necesse est interuenire personas, actorē uidelicet qui agat, & petat, & reum a quo petatur & iudicē, qui inter eos cognoscat, & diffiniat qōnem. Ideo diuersas, quia nulla ex eis suo uel alterius officio fungi debet. Vnde nec iudex potest esse actor, uel reus, nec econuerso; quia nemo ius sibi dicere potest, nec in causa sua iudex esse immo desit omnino iudicium si iudex actoris, uel rei successit loco. Accipiatur autem hoc nomē iudiciū alijs uarijs significationibus, quia aliquando iudiciū sumitur, pro fortuito casu, vnde hoc euenit hoc diuino iudicio, idest casu fortuito, aliquando per discretionem animi, vnde etiam plurib. nō est animi in iudiciū i. discretio. Aliquando pro ultima uoluntate, testatoris qnq; pro sentētia iudicis, qnq; pro actione, vnde iudicium familiæ hercise. i. actio. Veruntamen his significationibus omissis iudicium, prout describitur secundum primā acceptionē, principaliter in duo diuidit. Quia iudiciorū aliud ciuile, aliud criminale. ciuile iudiciū est qd̄ proponit de aliqua re seu pecuniæ quātitate. Criminale, qd̄ agit de criminib. puniendis siue de pœna aliqua inferēda. De igitur de utroq; uidendū. Verūtamē ut tu lector plenam mei scribentis, & istius tractatus intētionē perpias, considera diligēter ordinē, & processum, q a in prima parte huius ca. quæ de notulis, & solis rōnibus tracta. ut in prohemio continetur, primo ponūtur tibi rōnes, & notulę circa ciuile iudiciū

& ipsius acta. Secundo ea q̃ contingunt extra ordinem ciuilis iudicij. Tertio rõnes circa criminale iudiciũ. Quarto quædam quæ fiunt extra ordinem iudicij criminalis. Itaque primo de rationibus ordinis ciuilis iudicij est videndum quæ quidem in 22. rubricis, proximè sequentibus continentur.

Iudicis in constitutione quæ sunt opportuna.

COnstituunt autem ciuilia iudicia actores rei & iudices. Sed testes vtique iudices esse possunt tales actores sunt, & rei qui possunt iudicio interesse de quibus tribus personis breuiter est videndum.

Iudices qui possunt, & qui non possunt esse.

IVdices esse possunt quib. data est ordinaria, vel delegata iurisdõ hoc est potestas de p̃ introducta. si non habet iuris obstaculum. Ordinariam autem iurisdõnẽ dãt Imp̃atores siue principes vo. Papa, & etiam populi ciuitatum his quib. committunt cognitionẽ vniuersalẽ omnium causarum quę sunt in prouincia, vel in ciuitate, & tales sunt pręsides prouincię, & potestates ciuitatum & epi. Delegatam autem iurisdõnem habet cui aliqua causa a principe, vel ab aliquo ordinario committit̃ cognoscenda. Cæterum iudicis esse prohibent̃ mutus, surdus, perpetuo furiosus. Sed cum habeat dilucida interualla, tunc põt esse iudex. Item impubes infans, seu turpitudine notatus. Item seruus, & mulier q̃a receptum est, vt seruus mulier pu. & virilib. officijs non fungant̃. Item pater filio, & filius patri. Item in re sua iudices esse prohibent̃. Quod autem sit iudicium officium ipsi viderint.

Iudicio interesse qui possunt, & qui non possunt.

INteresse in iudicio non possunt hi. s. seruus regulariter suo, vel alieno nomine nisi in casibus, vt p̃nta ciuiliter agendo. Si aget cã libertatis suę prouocãdo in libertatẽ, vel defendendo sibi libertatem. Item pro alimentis sibi relictis. Item possessione domini sui absentis turbata. Criminaliter agere vero põt in quibusdam casibus,

vt continetur infra sub Rubrica de accusatore, & accusato. Item filiusf. sine patris auct. nisi de castrensi, vel quasi castrensi peculio., & de aduentitio quodammodo, valet si aduentitium quęsitum est filio, patre volęte, litigat pater cum sit legitimus administrat, tamen cum filij volūtate., si autem quæsitum est filio inuito patre litigat filius. Veruntamen imponēda est necessitas patri per iudicis officium, vt consentiat filio agenti & fugienti. Sed filiusfa. cum patre non potest in iudicio interesse nisi de castrensi, vel quasi castrensi. Si vero filius emancipatus est potest patrem, & libertus patronum in ius vocare, venia petita, quod si sine venia fecerit patitur pœnam l. aureorum, quam si soluere non potest, puniendus est in persona. Item furiosus, Item demens, seu mētecaptus. Item minor 25. annis siue tutore vel curatore. Verumtamen si in iudicio fuerit sine tutore vel curatore, & fuerit pro eo lata sententia, valet, sed contra eum lata non valet. Fallit tamen in casibus, in quibus minor sine tutore vel curatore potest iudicio interesse, vtputa quādo agit de libero homine exhibendo, & quando agit de redimenda, vel adipiscenda, vel recuperanda possessione. Item masculus habens 20. annos, & fœmina 18. sine tutore vel curatore, possunt in iudicio esse si impetrauerint a principe veniam ętatis. Item monachus, vel aliquis regularis sine Abbatis, vel prioris cōsensu. Item tutor accusatus de suspect. Item excommunicatus. Cæteri autem regulariter possunt iudicio interesse, suo vel alieno nomine, sed alieno nomine litigant hi scilicet tutor pro pupillo, curator pro adulto si satisdederint rem pupilli, & adulti saluam fore, & si fecerint inuētarium, nā ante confectum inuētarium non audent attingere, nisi quæ vel modicam dilationem recipiunt excepto tutore testamentario, & ex inquisitione, dato qui non tenetur satisdare. Item actio tutoris & curatoris. Item sindicus, & economus. Et pater pro filio quem habet in potestate pro negociorum gesto. qui coniunctus est. Item procurator maioris 25. annis satisdatione de rato præstita, vt infra dicetur, & vt etiam dictum est de pro-

procuratoribus in 7.ca. Sed ideo dictum est maioris 25. annis, quia minor. 25. annis procuratorem constituere non potest, nisi tutores uel curatores auct. Procurator uero nisi sit constitutus in rem non potest iurare de calumnia; imò debet iurare principalis persona, & interrogationes & respõsiones in iudicio facere. Cætera autẽ iudicij acta potest procurator, exercere, si ad ea sit legitime constitutus.

Acta ciuilium iudiciorum quæ sunt.

Licet circa ciuilia iudicia multa concurrant, hoc tamen ut plurimum cõtingere solet, s. quia aditur ab actore competens iudex. Citatur reus, & proclamatur ipsius defensio offertur libellus. Recusatur iudex, opponuntur exceptiones, fiunt interrogationes ante litẽ contestatam. Satisdatur a reis suspectis, & cauetur a procuratoribus de rato, & sub alijs agunt, uel eos defendunt. Contestatur lis, iuratur de calũnia. Statuũtur termini. Fiunt positiones, & rñsiones. Producuntur testes, & probationes eduntur instrumenta. Datis suspectis habetur consilium feruntur sententiæ diffinitiuæ, & interlocutoriæ. Appellatur. Mandatur sententiæ executioni. De quibus omnibus breuiter est uidendum.

Actor quem iudicem debet adire.

Adibit actor iudicẽ competentẽ, i. habentẽ iurisdictionẽ ordinariã, uel delegatam, & talẽ qui iudex esse possit, ut superius dictũ est. Adibit utiq; iudicẽ rei, hoc est præsidentem foro rei, quia actor forum rei, & nõ reus forum actoris sequi debet. vnde bo. actor florentinum reum conuenire debet sub iudice Florentino. nisi contractum. uel quasi contractum; aut delictum, uel quasi delictũ sit bo. factum, uel nisi res, de qua litigatur, sit de iurisdictione bo. quia his casib. põt Florentinus in foro bo. cõuenire. Itẽ põt reus cõueniri sub iudice, qui præest loco in quo promisit solutionẽ facere. Vnde si florentinus promisit bon. solutionem facere Ferrariæ, põt eum sub Ferrariensi iudice cõuenire. Veruntamẽ si reus tractus ad forũ actoris contestatus est uoluntarie litem sub iudice actoris, ex ipsa litis contestatione uisus est con-

consensisse in eum. Vnde super aliquo litis processu non poterit ex tunc ipsum iudicem declinare. debet etiã conueniri clericus sub episcopo suo, uel prælato ex priuilegio clericatus, licet de iure cõi subiectus sit iudici seculari. Sed per priuilegium clericatus potest secularem iudicem declinare, cui priuilegio renunciari non põt. Itẽ scholaris debet sub doctore suo conueniri, & miles armatæ militiæ sub magistro militum, & sic actorum forum rei sequi debet.

De rei citatione.

CItare. n. reum est ipsum vocare, ut ueniat in ius coram iudice responsurus. Citationes huiusmodi a iudicibus ecclesiasticis fiunt per literas a secularib. ꝑ nũcium communis. Vocari potest in ius omnis ꝑsona cui non est prohibitum, quibus aũt prohibitum sit supra habes in Rubrica de his qui non possunt iudicio interesse. Verũtamẽ uocatio in ius reprobatur multis modis. Aliquando ratioae iudicis, Aliquando ratione actoris. Aliquando ratione causæ, seu negocij. Aliquando mista ratione. Rõne utiq; iudicis, ut quia iudex esse non possit, vel quia certum scit reum non esse de foro suo. Secus si dubitatur, quia tunc debet reus saltem allegaturus suũ priuilegium, ne uideatur iudicem contẽnere, Ratione actoris, ut quia non sit habilis persona ad agendum, eo ꝙ seruus est. uel quia sit mulier vel miles qui procuratorio nomine alterius vocant cum non possunt esse procuratores rõne negocij, ut quia sit de his, de quibus iudicium esse non possit, ut de sole, & luna. Mista rõne reprobatur uocatio. i. consideratione omniũ, & simul ꝓdictarũ triũ personarũ uel duarũ ex his uidelicet si uocãs, vel uocatus sit de liberis iudi. uel quia pr̃ est qui uocat, filiũ in ptãte existentẽ uel ecõuerso. Vel si uocatur illa mulier corã illo iudi. cũ qua tẽtatur ea inuita matrimoniũ contrahere. Item ẽt reprobatur uocatio rõne tꝑis, vt quia tẽpus feriatũ sit. Item rõne loci, quia uocatur q̃s ad inhonestũ locũ. Itẽ rõne euidẽtis impedimenti, uel periculi ex parte rei uocati; uel quia sit infirmus uel furiosus, uel quia sit ei periculosus accessus ꝑꝑ vim hostium

uel

vel aggressum latronũ, vel inundationes aquarum Item reprobatur vocatio in ius rõne cã recipientis ius diuinum, aut publicam vtilitatem, vel priuatam, vel ius publicũ, & humanum. Et si vocat pontifex dũ faciat sacra. vel illi, q eo tpe pontifici deseruiunt, vel q ducit funus familiare.i. aliquem mortuum de familia sua ad sepulturam. vel illi, qui prosequuntur corpus ad ecclesiã, vel illi qui facit busta mortuo. vel si vocetur ille qui habent merum imperium in ipsum vocantem, vel si vocetur iudex dum cognoscit de re, vel si vocet ille qui transuehit equo publico.i. preco, vel q habeat certo loco sisti, nõ vocet ad maius tribunal, vel legatus eo tpe quo certũ est, eum legatum esse. Et isti non tenent venire, & si interlocutio fiat contra eos, retractat. Item no. q reus citatus cõparere debet die, vel hora in citatione sibi statuta, & offerre se iudici, & stare, quia non dr venisset, qui non stetit, q si actor non erit præsens, licentiabitur reus, & non tenetur postea redire nisi iterum citetur.

De libelli oblatione.

SI reus citatus comparuit dicens, se rationabiliter defendere velle oportebit actorem libellũ habere partium in quo contineatur ipsius intentio, & causa agendi, & illo ostenso iudici, & a iudice approbato, quia iudicis officium in libellis consistit offert eum reo, vt reus deliberet. cedat, vel contendat. Debet autem offerri libellus, postquam citatus est reus, tamen ante litis contestationem non offeratur ei libellus qui ad iudicium vocatur. & oblatio libello, statuet iudex terminum reo ad respondendum libello. In casibus tamen non exigitur libellus. s. quãdo res sunt breues, & quando viles sunt personę & tunc solet decidi causa per dilationem iusiurandi, vt quia differat vna pars alteri iusiurandum. Et aliquando qñ remittitur libellus de consensu partiũ. Reus tamen non tenetur coram non suo iudice libellum recipere immo ante receptionem libelli poterit contra iudicem & actorem exceptiones suas proponere, & tam

ante

ante libelli receptionem; quam post potest iudicem recusare, dummodo fiat ante litis contestationem.

De iudicis recusatione.

REus cõuentus sub aliquo iudice. Si illum habet suspectum recusare põt eum, & aliũ iudicem petere sibi dari, & debet eiusdem recusationis libellum sibi inscriptis offerre, nec opus est, vt recusationis suæ causam exprimat, & hoc si fuerit iudex secularis cũ non sit opus ei suspicionis suę causam probare coram iudice seculari, sed si fuerit iudex delegatus, uel subdelegatus necesse habet recusans, exprimere caussam suspicionis, ut quia iudex sit inimicus ei, uel quia sit aduersæ patris affinitate cõiunctus ex huiusmodi causa causam debet reus probare. vnde ad hoc statuitur ei terminus ad probandum. Ordinarius autem iudex recusari non potest. Et est sciendum, quòd causa suspicionis in iudice ecclesiastico non debet probari coram ipso iudice, ne forte prouocatus obesset, sed coram arbitris ad hoc eligendis. Vnde recusans debet incontinenti eligere arbitrium pro parte sua ipsi uero arbitri debent esse clerici, & non laici, est ratio quia censura, ecclesiastica non cadit in laicum. Veruntamen ipse iudex debet notificare arbitris, quòd partes cõuenerunt in ipsos, & debet eis arbitris præsignare terminum certum, infra quem causam recusationis debeant terminare. Alioquin ex tunc iurisdictio in principali reuertitur ad eundem iudicem, qui arbitri connocatis partibus dicunt ei assignare certum terminum, ad probandum exceptionem, recusationis, & ipsos arbitros omnia pertinent, quæ ad dictum articulum pertinere noscuntur, & dicuntur ipsi arbitri iuris, & nõ compromissarij, & hæc uera sunt de iure canonico quamquam iura ciuilia in aliquibus contradicat.

De exceptionibus.

EXceptio est actionis exclusio proprie dictum, & hęc dr̃ exceptio iuris. Vel exceptio est defensio rei contra intentionem actoris, & hæc in proprio, & talis potest

dici

dici exceptio facti, uidelicet quando actor non habebat actionem, sed calumniose agebat, quia tunc non dicitur exceptio actionis exclusio, eo ꝙ non excluditur actio, ubi non est. Exceptionum alia declinatoria iudicij, alia dilatoria solutionis, alia peremptoria. Exceptionem declinatoriam opponis, cum conuenio te coram iudice non tuo, tu dicis, te non esse de foro illius iudicis. item si conuenio te procuratorio nomine alicuius, tu opponis exceptionem declinatoriam iudicij, dicens me minorem esse. 25. annis, & ideo non posse me procuratorem esse, & cũ huiusmodi procuratore nullum esse iudiciũ, & similia, & talis exceptio debet opponi, & probari ante litem contestatam, si sciuisti eam tibi competere ab initio, sed si ignorasti, potes eam post sententiam opponere dicendo sententiam a non competente iudice latam esse, nullum fuisse iudicium cum non legitimo procuratore. Dilatoriam uero exceptionẽ solutionis opponis. i. ut quando peto a te. c. lib. in quibus mihi diffinitiue condemnatus es ante. 4. menses post latam sentẽtiam tu opponis exceptionem dilatoriam solutionis dicens, te non teneri, nisi post. 4. menses, quia de iure condemnatus diffinitiue habet spacium. 4. mensium ad soluendũ, & hoc debet opponi, uel ante litem contestatam, vel in ipsa contestatione, probari uero debet, postquam actor suam intentionem monstrauerit. Sed peremptoriam exceptionem opponis, quãdo totum ius meum perimis, vt quia petebam a te. c. lib. opposuisti exceptionem peremptoriam dicens, quòd feci tibi pactum de non petendo in perpetuum, uel quòd absolutus fueris per sententiam, & hoc de uoluntate potest opponi, uel in ipsa litis contestatione, uel ante, uel post litis contestationem, dummodo ante latam sententiam, sed post latam nullo modo, nisi fuerit appellatum, quia appellatione pendente extinguitur pronuntiatum. Probare uero debet post litem contestatam, sed ante sententiam. In casibus tamen potest opponi post latam sententiam, ut si minor. 27. annis qui petat in hoc restitui, quòd exceptionem obmisit allegare. Item exceptio, ut quis damnetur in quantum

tum facere potest, & exceptio falsi, & Macedoniani, & Velleiani exceptio potest opponi post latam sentētiam. Debet autem probari exceptio, si opponitur affirmatiue ab eo, qui opponit eam, sicut exceptio rei iudicatæ, uel iusiurandi. Si autē proponitur negatiue, & est exceptio non numeratę pecuniæ, uel numeratę dotis, hæc debet probare contra quem opponitur, qui dicat se pecuniam, uel dotem numerasse.

De interrogationibus ante litem contestatam faciendis.

INterrogationes quædam fiunt ad litem contestatam ad ipsam litem ordinandam, quarū nō haberet actor uiam agendi contra reum, nisi responsione facta ad interrogationem illam, quæ ordinat causam, si causa est illis, in quibus ipse interogationes faciendę sunt, quæ quidem interrogationes, licet a quibusdam ponantur. 10. a petitoribus tñ ponuntur. 12. Prima est si agit quis contra aliquem ut heres, interrogetur an sit heres, si respondeat quod sit heres fit secunda, an sit heres insolidum, uel pro parte & pro quota parte, si respondeat se esse heredem inso. uel pro certa parte, fit tertia. s. qualiter. si hæres, ex testamento, uel ab intestato, & an per se, uel alium. Item quarta interrogatio, cum agitur noxali actione pro dāno da. seruo, quia interrogatur, reus, an possideat, seruum noxium. Item fit quinta, cum peritur cautio damni infecti, interrogatur reus, an possideat ędes, quę minentur damnum si respondeat, quod possideat, sed non totas, fit continuo sexta. s. pro qua parte possideat eam. Item fit septima, cum agitur de dam. da. a quadrupede, quia interrogatur reus an quadrupes, sua sit. Item fit octaua cum agitur de peculio, & contractu filij uel serui, quia interrogatur pater uel dominus, si apud se habeat peculium filij, uel serui. Item fit nona, cū dubitatur aliquis in iudicio cōuentus an fit minor, quia interrogatur de sua ętate. Item fit decima, qñ agitur de reali actione, ut petat ab aliquo res aliqua unde interrogatur si possideat rē, & si rñdeat, ꝙ possidet sed nō totam

fit.

fit. 1 1. ff. pro qua parte possidet. Item generaliter fit. 12. ubicunque æquitas mouerit iudicem.

De satisdatio. in iudicijs præstandis.

In iudicijs fiunt satisdationes, seu cautiones, & defensiones. Sed quid sit quolibet ipsorum, uidedū est, deinde de quibus, & quando satisdationes, & defensiones præstantur. Satisdare siue cauere est securitatem, uel fideiussores præstare. Defendere uero est uicem domini subire, uel id facere, quod dominus in lite faceret. Fiunt equidem satisdationes in iudicijs ciuilibus ab actore & reo, & a procuratore utriusque & ab illo qui defensioni alterius se offert. Actor secundum iura satisdare debet, quod infra duos menses contestabitur litem, uel omne damnum restituet in duplum, & quod usque ad finem litis permaneant, & de quibusdam alijs, sed quia hæc in desuetudinem uenit, nec seruātur iura, quæ dicūt, quod actor oneretur pu. cautione, iccirco de actoris satisdatione committitur. Reus autem si possidet immobilia, satisdare debet solum de iudicio sisti, hoc est, quod usq; ad terminum litis permaneat. Iudicatum uero satisdare non debet, quia nemo suo nomine contentus satisdat de iudicato soluendo de iure. Veruntamen si fideiussorem dare non potest, affirmet hoc per corporale iuramentum, & remittitur satisdatio. Procurator uero actoris debet satisdare de rato hoc est ratam rem dominum habiturum, & hoc verum est, si dubitatur, an sit procurator, uel non, sed si certum est eum procuratorem esse, ut quia hoc confitetur reus, uel quia de hoc faciat ipse procurator fidem per instrumentum, vel per testes, uel quia sit constitutus apud acta, non satisdat de rato. Si uero certum est, eum non esse procuratorem, nec habere mandatum, repellitur etiam si uelit satisdare, nisi sit coniuncta persona, quæ quidem admittitur cum satisdatione. Item procurator actoris debet satisdare, quod defendat dominū, si reus ipsum reconuenire uoluerit. Sed procurator rei, siue dubitetur, siue certū sit de mādato, debet satisdare iudicatum solui. Quæ satisdatio debet

continere

continere tres clausulas, hoc est iudicato soluendo, & defendendo dominum, & de dolo malo non cõmittẽdo in defensione, sed exponitur hæc satisdatio ab ipso domino, quia ipse debet fideiubere cum hypotheca suorũ bonorũ pro ipso procuratore, & hoc si dominus præsens est in hortis, uel in urbe, uel continentibus ędificijs. Sed si procurator defendat dominum absentem, fiet satisdatio ab ipso procuratore, & si sit locupletissimus. Satisdare autem ratum dominũ habiturum nõ tenetur procurator rei. Item quicũque defensione alterius se offert, debet satisdare iudicatum solui ex oĩbus clausulis, quia nemo idoneus defensor est, nisi satisdet. Item contingit aliquando contra reum contumacẽ ferri sententia interlocutoria, & actorem mitti in possessionem bonorũ rei. Veniens autem reus infra annum ad defensionem sententiæ, siue tenute non auditur de consuetudine Bo. nisi reficiat expensas libelli sententiæ, & tenute, quas taxabit iudex nisi satisdet de lite suscipienda, hoc est qđ litem recipiat, & in ea perseuerãter stabit vsque ad finem, & etiam de præstatione fructum secundum formam communis bo. statu. hoc est, quod præstabit actori, qui fuit missus in possessionem illius fundi, fructus qui sint percepti ꝑ ea parte temporis, quia fuit in possessionem, & quia missus in possessionem ex interlocutoria lucrifacit fructus ex forma statuti communis bo. licet non de iure. Item quãdo fit sequestratio de re mobili, de qua est controuersiã, quæ res est apud personam suspectã, ne cum ea fugiatur, & veniat illa persona petens rem dissequestrari, debet primo satisdare de re saluanda, & custodienda usque ad cognitam rationem, & de ea restituenda, & consignãda, cui, & quando mandauerit iudex. De sequesttationibus autem qui non ponitur, quia infra in rubri. de præcepto facto debitori cõfesso dicetur, qualitee sequestratio fiat. Item si haberes ædificium iuxta domũ meam, quod edificium domui meæ minetur ruinam, debes mihi cauere de damno infecto, hoc est de satisfaciendo mihi de omni damno, quod incurret ex ruina ędificij tui. Item si nũciaui nouum opus, q̃a te credebã edificare super solo meo,

non audeas in opere procedere, nisi satisdatione præstita de ope demoliẽdo, hoc est, quod amouebis quicq̃d ędificatum fuerit, vel apparuerit super solo meo. Prædictæ aũt satisdationes fiunt in iudicio, siue corã iudicib. sub eorum officio, & auct. Et no. quod satisdationes iudiciales, vel prætoriæ non desiderant aurũ, vel argentum, nõ .n. in ipsis apponitur pęna, quia auc. Iudicis cõfirmatur.

De litis contestatione.

Dicto de his litis contestationem præcedere solent, nũc de ipsa litis cõtestatione, *per quam iudicium* capit exordium dicẽdum est. *Est autem litis cõtestatio*, negocij principalis hincinde apud iudicẽ facta *narratio*. Quam narrationem libellus debet præcedere nisi *forte* de consensu partium remittat̃. Fit autem litis contestatio coram iudice per narrationem actoris, & cõtradictoriam respõsionem rei, vt quia negat, vel peremptoriam exceptionem opponat, animo contestandi litẽ .i. ea mente, vt in causam procedat, vel resistat. Quibus vero verbis litis contestatio fieri habeat ex parte actoris, & rei ista in exemplificationibus subiungetur.

De sacramento calumniæ.

Sacramẽtum calumniæ fit in his, quæ iure ordinarij agunt̃ post litem cõtestatam, & iuratur hoc sacramẽto in omnibus causis ciuilibus, & ẽt criminalibus in spirituali causa iure canonico solum de veritate dicenda, & non de calumnia iuratur, & dicitur sacramentum calũniæ nõ faciendæ, sed euitandæ. Iurat enim actor se bona fide, & nõs calumniandi animo agere. Et reus bona fide, & non calumniandi animo respondere. Est enim calumnia, cum quis ex certa scientia iniuste agit vel resistit. Quæ aũt verba in sacramento calumniæ ponant̃, infra dicetur in exemplificationibus. Hoc itaque sacramẽtum calumniæ subijcit dñs litis, primo actor, postea reus, principales personæ. Non potest alius iurare, nisi is, qui

suo

suo nomine litem cõtestatus est, tutores tamen, & curatores in causis pupillorum, & adultorum iuxta suam cõscientiam de calumnia iurãt, licet iurat minor, si est doli capax. i. proximus pubertati de ueritate dicenda. Item iurant de calumnia sindici, & actores, & omnes qui legitimam gerũt administrationem, ut patet in bonis filij. Item procurator constitutus in rem suam, q̃a damnum uel emolumentum spectet ad eum, nisi is, qui cum constituit, melius nouerit ueritatẽ, uel iustior persona sit. Sed procurator uitæ suspectæ, ut quia uerisimile sit procuratorem negare, sed dominũ fateri. Simplex uero procurator de calumnia non iurat, nisi qñ conuenitur suo noĩe ex sti. iudicatum solui. uel de defensione. Item parentes, & patroni non iurant de calumnia in causis quas habet cum filijs, & libertis, quia non est uerisimile ipsos contra filios, uel libertos calumniari. Item eps per se agens non iurat de calumnia, tactis euangelijs, sed solum propositis. Cæterum scias, quod sacramẽtum calumniæ ex pacto, uel consensu partium remitti non potest, sed tacitè bene omitti potest, quia perutile est, ut lites sine omni superstitione procedant.

De dilationibus, seu terminis in iudicijs dandis.

QVoniam in iudicijs sæpe dilationes petunt. Iccirco sciẽdum est, qđ licet materia dãda dilationũ amputãda sit, dant dilationes nõ tñ ex libero iudicis arbitrio quantum si reum urgentissima rõ flagitauerit, & necessitas desideratæ institutionis exegerit. Vñ iudex dare debet terminos, siue dilationes, quãdo ex iusta, & rõnabili causa petuntur. Gratia enim producendorum testium siue instrumentorum, aut inueniẽdorum aduocatorum iustè petunt nisi euidens appareat calumnia, & dari debeãt a iudice sedẽte, utraque parte præsente, & dãtur actori, & reo accusatori, & accusato. De iure enim si petantur testes, uel instrumenta de eadem prouincia, ubi lis agitur, non amplius quam 4. mensium dilatio indulgetur, si uero ex diuersis prouincijs, tunc sex

mensium dilatio datur. In transmarina autem dilatione non plus quam nouem menses computari debet, de consuetudine tamen dătur dilationes a iudice arbitrio eius. Primo quădo recepto libello a reo datur ei terminus, infra quem deliberet, & ad quē redeat responsurus, & si redicens allegabit contra libellū, quia nō sit in eo causa agēdi, aut quod in eo sint aliqua implicita, uel obscura, quę specificari debet, mutabitur libellus, & nouę adhuc dabuntur inducię. Post litem uero contestatam datur vnus terminus actori, & reo ad docendum de iure eorū super principali negotio. quod si non probauerit, datur secundus, & ultimo terminus peremptorius, licet iudex primum, & secūdum peremptorium prȩfigere possit. Item circa multos alios processus causæ statuitur tantū termipenus, ut deponant testes iurati, & ut cōpareant partes peremptorie ad sententiam audiendam, & ad multa alia.

De interrogationibus.

Lite contestata, & de calumnia iurato fiunt probationes in lite. Sed quia manifesta nō indigēt probatione, & manifestū, seu notorium dicitur quod ex cōfessione factę in iure liquet, ideo de interrogationib. quę fiunt in lite, uidēdnm est. Fiunt ergo interrogationes post litē contestatam, quę etiam dicuntur positiones ad probandum id, de quo principaliter quęritur, quia merita causarum partiū assertione pandūtur. facta enim interrogatione si aduersę partis sequatur confessio non est super eo, de quo est quæsitū alia probatio opportuna, quia cōfessus in iure pro iudicato habetur, interrogās aūt, & respondens ueritatē dicere tenetur per sacramentū calumnię, quia in sacramēto calūnię continetur, ne quis exigat probationē ab aduersario, quā necessariam nō putat. Verū quia ad intereogationem aliquādo sequitur cōfessio, iccirco de confessionibus subinfertur. Est igitur cōfessio, certa, & clara asseueratio, uel respōsio eius de quo quæritur in iure, corā legitimo iudice facta. qui enim incertum, & obscurū confitetur, non est confessus, & ideo ut

certum,

certum,& clarum confiteatur, cogendus est; & debet in eo loco fieri, in quo ius redditur, & ut confessio præiudicet confitenti debet fieri contra se, non pro se, & super eo qđ non sit cõtrariũ iuri, uel naturæ. iuri enim cõtrarium est si cõfiteatur quis seruũ suum captum ab hostibus, adhuc esse seruum suum, cum de iure factus sit hostium. Naturæ uero contrarium est, si homo habeat tantum. 30. annos, & cõfiteatur filiũ suũ esse illum, qui habet. xl. annos. debet esse confitens legitimæ ætatis, quia si pupillus sine tutore cõfitetur in iudicio, ipso iure nõ præiudicat ei sua confessio, sed si adultus confitetur sine curatore, præiudicat sibi sua confessio. sed si ipsa confessione læsus est, potest in integrum restitui. Item confiteri debet quis suo nõie, & præsente aduersaria, & non per errorem. Confessio ergo secundum qđ dictum est, facta præiudicat, & taliter confessus pro condẽnato habetur.

De probationibus.

Post factas interrogationes, si negat reus incumbit actori probatio. est autem probatio rei dubiæ per argumenta, uel per fidem legitimã facta ostensio. Dẽt. n. actor uel accusator, qui aliqd asseuerat, probare, non autem reus qui negat, quia per rerum naturã causarum consuetudine inductum est, ut affirmantis, non autem negantis aliqua fiat probatio. Nam iudices in causis consueuerunt imponere onus probandi actori asseueranti, non reo neganti. hoc tamen uerum est. quod aliquando neganti incumbit ꝓbatio. utputa qñ præsumptio est ꝓ actore. Dico. n. aliquẽ fuisse sanę mẽtis, qñ testatus est, quod tu negas. Sed quia quilibet pręsumitur sanę mentis, nisi probatur cõtrarium, tibi neganti incumbit ꝓbatio, & ita præsumptio conuertit aliqñ onus ꝓbandi in negantem. Sed nõ oĩs præsumptio, quia quadruplex est pręsumptio, de quibus ꝓsequi longũ esset. Est aũt faciẽda fides ꝑ probationẽ iudicij, corã quo litigatur, nõ aũt aduersario, & debet ꝓbare id, de quo est q̃stio, si dubitatur, & de quo possit esse iudiciũ, & quo probato, ille qui

probat, in aliquo releuetur. Item aliqñ probandum est añ litem cõtest. aliqñ post, vt supra in exceptionibus dictum est, modi vero quib. probatur, multi sunt, quia aliqñ probatur per confessionem aduersarij, vt dictum est in præcedenti rubrica, aliqñ per iura, vt quia iura hoc dicant, aliqñ ex aspectu, vel inspectione oculorum, aliquãdo per tormenta seruorum, aliqñ per testes, aliquando per instrumenta. Sed reliquis omissis, de duabus vltimis probationibus, s. testium, & instrumentorum uidẽdum est, & primo de testibus.

De testibus in iudicijs productis.

VOlens ad intentionis probationem suę producere testes faciet illos citari ad testimonium ferendũ, q̃a testis sponte se offerens quodammodo habere suspectus, licet producantur volentes, & inuiti. Producti vero altera parte præsente, vel ad hoc legitimè citata subire debent iusiurandum tactis sacrosanctis euangelijs de veritate dicenda pro utraque parte super negocio, de quo est lis, nulla mista falsitate. Episcopus non tangit tamen euangelia, licet proponantur ei, potest etiam sacramentum remitti testi de partium voluntate, & subsequenter scribitur dies, in quo iurauere testes. Sed primo uidendum est a quibus producti testes debeant. Secundus, qui testes producuntur, & qui prohibentur, qui coguntur, & qui cogi non possunt. Vltimo quid testes producti debeant testificatione sua obseruare. Producendi sunt ergo testes ab his q̃ extimant eos sibi pro futuros, quia non debet quis compelli, vt testes, vel instrumenta contra se, vel sibi nocitura, producat. Producuntur autem testes omnes, qui non prohibentur ferre testimonium. Qui vero prohibentur sunt hi. s. impubes in causis ciuilibus, licet aliquis factus pubes testificari possit de his, quæ vidit, quando erat proximus pubertati, idem in seruo facto libero. In causis autem criminalibus minor 20. annis prohibetur ferre testimonium. Itẽ prohibentur liberti ferre testimoniũ contra patronos,

vel

vel eorum parentes.Item prohibentur infames,& conde natí de iudicio publico.Itē ille qui detinentur in vinculis a custodia pup.Itē ille qui acceperit preciū, vt pugnaret cū bestia. Item mulier quæ palā quæstū fecit.s.in meretricio ex corpore suū preciū acceperit. Itē ille qui uictus uel iudicatus est precium accepisse propter faciendum vel non faciendum testimoniū. Item hæretici prohibentur contra christianos ferre testimonium in iudicijs, sed non in contractibus, uel testis, ne facultas probationū angustietur.Item prohibentur ferre testimoniū parentes pro liberis,vel contra liberos, nisi quando quęritur de ætate,uel affinita. quia talia melius possunt sciri per parentes quā per alios, & versa vice liberi pro parētibus,vel contra parentes prohibētur testificari. Itē domestici,s.familiares vt mercenarij, serui coloni,& ascriptitij. Item excutores negociorū, sicut sunt tutores curatores, & sindici prohibentur ferre testimoniū in illis negotijs,in quib. executores fuerūt. Item aduocati in cā.in qua patrociniū pręstiterunt,quia nō euadet nomen corrupti testis. Itē prohibentur quis esse testis in re propria, hoc est de re,cuius dānum uel emo.ad eum spectāt. Item socii eiusdem criminis prohibentur ferre testimoniū, s. unus pro alio.Item prohibetur ferre contra te, qui ante malū cōtra te tulit testimoniū. Itē prohibentur ferre testimoniū oēs quibus pōt imperari ab aliquo,vt sint eius testes.Item mulier in testamentis prohibetur esse testis. Prædicti itaq; oēs non admittūtur ad testimoniū,immo prohibētur testificari. Item aliqui sunt,qui si uelint possunt esse testes, sed si nolint esse inuiti cogi non possunt, sicut sunt senes ualetudinarij, habentes lxx. annos, uel vltra,& milites,& qui cū magistratu reipu.causa absunt. & illi quibus in urbem venire non licet, utputa.qui dimissi sunt de malitia ignominiæ causa.quibus isto casu eorum pœna est in pręmium excusationis. Item illi qui probabili,& necessaria causa absunt, dūmodó causa detractandi testimonii nō absint.Itē qui exercitui præbendam conducunt.Item non cogitur qui ferre testimoniū aduersus socerū,generum,uitricū,priuignū,sobrinū,sobrinam,

brinam, vel eos qui proximiores in gradu sunt. Item non cogitur inuitus prosoneta, id est mediator in aliquos paciscentes de his, de quibus mediator fuit una parte uolente, & altera contradicente, sed siue sit ipsa prosoneta tunc bene admittitur. Si autem ambę partes consentiant, cogitur ferre testimoniũ. Cæteri ergo præter dictos prohibitos, & dictos. qui inuiti cogi nõ possunt, dicunt ad testimoniũ ferẽdum cõpelli. multa indicta, captis pignoribus. Postquam aũt testes legitime iusiurandum præstiterint, ut dictum est, Interrogabit aduersa pars illum, qui testes, producit, quod intẽdit probare per testes. Et hoc appellatur intẽtio sine. c. que intentio de consuetudine B. in scriptis dari nõ debet aduersę parti, sed simpliciter uerbo tenus dici. Dari aut debet in scriptis tabellio, qui recepturus est dicta testium. ad quam quidẽ intentionem sibi uerbotenus dictam formabit ille contra quem producuntur testes interrogationes suas, quas testibus fieri uoluerit, dummodo interrogationes iustę, & rõnabiles sint, & a iudice approbatę, & dabuntur in scriptis tabellioni. ut eas testibus, faciat prout faciendas uiderit adaptari. Non enim oẽs interrogationes faciẽdę sunt testi. sed solũmodo illę, quæ dicto testis rõnabiliter adaptãtur, quia si dixerit se testis præsentem fuisse, & uidisse quando C. percussit An. interrogandus est de quo percussit. & in qua parte corporis. cũ quo, & quo die & loco & huiusmodi. Sed si dixerit, se non fuisse pręsentẽ, sed hoc audisse ab alijs dici, non sunt prædictæ interrogationes ei faciendæ. sed solũmodo illę quæ ad auditum spectant, utputa a quibus hoc, & similia. Vnde interrogationes ita formari solent si testes aduersæ partis dixerint se præsentes fuisse, interroga hoc, & hoc. Et dixerint se audisse interroga hoc, & ita patet quod facienda est intetrogatio quæ spectant solum ad id quod dixerit in testimonio suo testis. Itaq; habita intentione actoris, & interrogationibus rei ducere debet tabellio testem seorsum in partẽ, & legere ei libellũ seu accusationem dicendo ei quod dicat ea quæ sit super negocio illo, & tacẽs audiat eum diligenter usq; ad finem.

Cum

Cum autem compleuerit, recitare tabellio, quod dixit testis, ut sciat si bene intellexit, quod si confirmat cum eo quo reformato scribat per ordinem prout dixerit testis, & legat ei quod scripsit corrigendo siquid uisum est test. non bene scriptum esse. Postea uideat & resumat inter se tabellio dictum, testis & si inuenerit eum dixisse aliquid scire, interroget eũ tabellio quomodo scit, & faciat eum bene reddere causam scientiæ dicti sui. s. quomodo fecit quæ dicit. Debet enim testis reddere cãm scientiæ dicti sui, si de hoc fuerit interrogatus, sed si non fuerit interrogatus pro reddita habetur, & ualet testimonium eius, & est bene plene & breuiter officio suo functus, nam non debent testes esse uerbosi. Item deponere debent testes, se interfuisse, & uidisse, Non enim sufficit deponere de auditu nisi in obligationibus & contractibus quibus sufficit si dicant se audisse eos ita paciscentes, alias non sufficit de auditu ad plenã probationem, ut quia dicant audiuisse dici quod talis percussit talẽ licet, scribendum semper sit quicquid dixerint testes, siue de uisu siue de auditu. Item interrogandi sunt testes, de tempore quo factum fuerit negocium illud, scilicet anno, mense, & die, & etiam loco, & quibus præsentibus factum est. De alijs autem circũstantiis utrum tempus erat clarum, uel nebulosum, & de quo erant induti illis de quibus loquuntur, & quid habebant in capite & huiusmodi non interrogandũ nisi uiderentur uacillare, & apparerent suspecti, quia tunc de his interrogandi sunt testes, ut possint capi in uerbis suis. Sed si testis aliquid obscurum dicit, bene potest reduci, ut interpretetur, & clarificet dictum suum, & non uidetur noua productio, sed prioris clarificatio. Nota tamen quod si testis sponte sua reuersus aliquid immutet, non est ei fides adhibenda, si locutus est cum aliqua partiũ. Postquam autem deposuerit testis dictum suũ, legat ei tabellio totum & dimittat ipsum a se præcipiẽs ei, ut testimonium suum secretum teneat, donec fuerit pu. Igitur effectus testimoniorum est, ut si omnes concordãt in unam sententiam iudex dictis eorum stet, &

ea sequatur. Si autem testes unius partis discordant a te stibus alterius partis stabitur dignioribus, uel iudicio maioris partis, vel si omnia hincinde pariter cócordant, stabitur dicto illorũ, qui uerisimiliora dicant, & quibus potius lux veritatis consistat. Sed scire debes, quod ad sufficiẽtem probationem per testes, sunt in quolibet negocio, vbi non est certus testimoniorum numerus diffinitus, regulariter duo testes necessarij, quia pluralis elo cutio duorum numero est contenta. Veruntamen quando creditũ excedit summam vnius librę aur. vnde fit instrumentum, exiguntur tres testes, & quando etiam fit solutio debiti eiusdem quantitatis exiguntur totidem. Item in codicillis, vel testameutis. 7. & in testamentis cæcorum. 8. Item aliquando duodecim quando tractat de aliquo promouendo inter agentes in rebus. Item in diuortiis, vii. Item not. quod in teste considerãda est con ditio eius utrum nobilis sit, vel plebeius, an honestę, vel inculpatę vitę. Item utrum locuplex, vel egenus, ut lucri causa quid facile diceret, vel vttum sit inimicus eius, contra quem producitur, uel multum amicus eius pro quo fecit testimonium, & etiã multum considerandum est vtrum videatur simpliciter dicere, quia sæpe palor vultus, & rubor, & titubatio faciunt, vt minus, fidei ali cui habeatur, & etiam considerandum est utrum plures testes uideantur unum, & eundem sermonem præmeditatum afferre, quia suspitionis est, quod docti sint. Et ipse tabellio melius scire potest quanta sit fides testibus adhibenda. Item no. quod si testes de alia prouincia, uel ciuitate sint, potest iudex, si velit, & expediat, non uocare coram se, sed destinare literas suas ei de cuius iurisdictione sunt, ut coram eo sua proferant testimonia, & ea in scriptis redacta & sigillata, & nulli partium prodita mittat ad eum qui iudicaturus est hoc in pecuniarijs causis. Sed in criminalibus, præcise sunt cogendi testes uenire. Cæterum qualiter ordinentur dicta testium, in exemplificationibus uidebis. Demum productis testibus si partes nolint plures dare, uel si iudex refrenauerit multitudinem testium, uel sit transactus terminus

perem-

peremptorius datus ad testes producendos, uel si hoc de communi partium uoluntate procedit aperientur testes, & dabuntur exemplari vtriq; parti, si voluerint eos.

De probationibus quæ fiunt per instrumenta, & commode in causis eduntur.

NOn solum per testes, sed etiam per instrumēta probatur, & ideo uidēdum est de instrumentis. Dr autem instrumentū uno modo id, per quod causa instruitur, vnde probatio testium dicitur instrumentum. Alio modo dicitur instrumētum apparatus fundi, ut ararū. Sed etiā tertio modo dicitur instrumentū scriptura, in qua continetur id, quod intenditur probare procedēs, & secundū hanc vltimam exceptionē instrumentū diuiditur, quia aliud publicū, aliud priuatū, aliud apocha, aliud antipocha, aliud forense. Publicū instrumentum est illud quod est scriptum manu publica, s. tabellionis, si redactum est in pu. formam. Priuatum est, quod scriptū manu cuiusq; priuatæ personæ. Apocha dicitur scriptura, quæ est facta ad utilitatem debitoris, ut quia creditor confessus fuit recepisse a debitore, id quod ei debebat. Antipocha est scriptura. quæ fit ad utilitatem creditoris. Forense uero instrumentum est, quod fit de his quæ aguntur in foro. i. in iudicijs, vel causis. Fides autē adhibetur publicis instrumētis sine alio adminiculo si careāt omni suspicione, nisi contrarium probetur. Priuato aūt instrumēto nō creditur sine alijs aminiculis. i. nisi per testes, & cōparationē literarum ei fides adhibeatur, nisi sit scriptū manu eiusdē, contra quē producitur. sed si scriptū est per manū alicuius tertiæ personæ, probari debet per testes, vel per cōparationē literarū, ut dictū est. apochis, & antipochis, & forensibus instrumētis fides adhibetur, si sint publica ut priuata, secundum ea quæ dicta sunt supra. Et creditur pu. instrumento, ut dictū est. si est autenticū, vel originalē, nō aūt exemplo nisi cum exemplo proferatur autenticū, uel nisi alia sufficiens probatio adiungatur. Volens igitur ad probationē intētionis suæ pducere aliquod instrumentū, debet illud

illud in causa cedere, & debet dicere hoc instrumẽto nolo uti in cã ista,& si aduersa pars exẽplũ illius habere uoluerit,ut cõsuletur sibi sup illo,uel si aliquid dicere uoluerint contra illũ, debet ei dare exemplũ. Sed quorundã instrumentorũ siue scripturarũ debet dari exemplũ cum annis.d.die,indictione,cum testibus & nomine tabellionis,quæ in ea scriptura cõtinẽtur per ordinem,& hoc si sint acta pu. hoc est scriptura in iudicijs, uel sub officio aut auc.alicuius iudicis facta,uel si sint instrumẽta procurationis. Sed si sint alia instrumenta,dicunt dari exemplum. s.solus tenor sine die,& consule.i. sine annis Domini,& die, testibus,& nomine tabellionis.

De consilijs dandis in causis.

POstquàm utraque pars suas probationes, & rationes produxerit,& iam nihil restat,nisi ferre sentẽtiam, uocatis partibus dicet iudex. Quoniam hanc causam cũ consilio sapientum decidere uolo, si habetis aliquos suspectos sapientes,detis mihi in scriptis. Quibus habitis, iudex eliget unum uel duos ex his, qui suspecti dati nõ erunt,& mãdabit partibus,ut iura, & probationes suas ostendant,& allegent coram ipsis sapientibus. Cum autem a partibus, uel ipsarum aduocatis fuerint ostẽsa,& allegata iura eorum, sapientes illi iuxta probata & allegata,secundum quòd eis iustum, & æquũ uisum fuerit, consilium eorum scribent, qualiter ferenda sit sentẽtia condemnationis,uel absolutionis, & ipsum consiliũ secretum iudici dabunt,iuxta quòd iudex formari, & scribi faciat sententiam, quam partibus præsentib. uel una præsente,& altera absente,dum tamen legitime, & perẽptorie citata ferret in ipso loco iudicii pro tribunali sedente.Item no.quòd non solum super principali decisione totius negocij, sed etiã super aliqua incidẽti quæstione in processu causæ, quæ aliquando uertitur circa aduocatos, habetur consilium sapientis, & super illud pronunciatur,ex qua pronunciatione,illa quomõ diffinitur.Est tamen uerum,quòd in modicis quæstionibus & etiam in magnis & in aliquibus terris, & locis iudex

solus

solus, & super principali decisione audit allegationes partium, & sine alicuius consilio sententiam profert, & tunc subtacendum est illud uerbum, quod in sententiis, dicetur, scilicet habito consilio sapientum.

De sententijs.

QVia sentẽtia controuersiis finem imponit, & quia de ea cognouit iudex de ea quoq; pronunciare cogẽdus est. Ideo dicto de processib. cõtrouersiarũ, nunc de fine ipso videlicet de sentẽtia est videndũ. Est autem sententia quodcunque iudicantis præceptum nõ naturæ non iuri, non bonis moribus contrarium. Sentẽtiarum, alia diffinitiua, alia interlocutoria. Interlocutoriam fert iudex contra rerum contumacem, quando citato reo, & non ueniente pronunciat actorem fore mittendum in possessionem bonorum rei pro mensura debiti declarati, uel rei petitę, vt infra dicetur, ubi tractabitur de processu contra reum contumacem fertur etiam interlocutoria aliquando super aliqua quæstione emergenti, utputa qñ quomodo est inter partes, uel aduocatos utrum sint aperiendi testes, uel non, uel utrum aliquis recipiendus sit in testem, vel nõ, aut dilatio, vtrum sit danda, vel nõ, sed ista interlocutoria potest retractari ab eodẽ iudice, qui aliam pronũciat, quia quod iussit, uetuit. ut prætor a contrario imperio tollere potest, & quia uicem rei iudicatæ non obtinet. Neque. n. omnis vox iudicis iudicantis continet aucto. Sed diffinitiua sententia est, quæ finem controuersiarum pronunciatione iudicis accepit, quæ uel condemnationem uel absolutionem contingit. Quia diffinitiua decidit principale negocium, & fertur lite contestata, & iudex qui eam tulit, reuocare non potest. Quia siue bene, siue male functus est officio suo, licet aliquando feratur diffinitiua sentẽtia etiam in lite nõ contestata, ut in eam appellationis. Item sententia diffinitiua debet continere certa & clara, quia si incertam sententiam ferre iudex non ualet, & debet fieri post litem contestatam. i. post plenissime habitam negocii disquisitionem actore, & reo præsentibus

bus, uel eis peremptoriè citatis, & infra terminum post litem contestatam, & debet iudex sedere pro tribunali in loco iudicij consueto ēt debet eam recitare per se in scriptis, nisi sit breuis lis, & maximè uilium personarū, quia tunc sine scriptis recitare pōt, & debet ferri a iudice cōpetenti, qui præsit alicui iurisdictioni, & tpe non feriato, & debet continere condemnationem, vel absolutionem, sentētiarum autem diffinitiuarum diuersa est forma iuxta diuersas petitiones, & factiones. Et enim aliqn̄ fertur sententia super reali actione, aliquando super personali actione, aliquando super adipiscendam, uel retinendam, seu recuperandam possessionem. Aliquando super diuortijs, uel coniunctionibus matrimoniorum. Aliquando fertur sententia ab uno iudice super causa, coram prædecessore iudice incepta, & uentilata. Aliquādo fertur sentētia ab executore. scilicet a iudice qui pronunciat super insolutum datione. Aliquando a iudice ad quem appellatum est, & a multis, & super multis alijs. Veruntamen quomodo prædictæ sententiæ formari debeant, & scribi, non dico de omnibus, sed aliquibus ex eis infra in exemplificationibus subiungetur. Fiunt autem illæ formæ, quæ ibi ponentur ad cæterorum documentum, & uiam.

De appellationibus.

CVm fuerit lata sn̄ia, si aliqua partium ex ipsa sn̄ia crediderit in aliquo se grauatam, poterit appellare. Est aūt, appellatio sn̄iæ a minore iudice latæ per inuocationē maioris iudicis prętextu iniquitatis primæ sn̄iæ rescissio, q̄a appellatio iniquitatis sn̄iæ cōtinet querelā. Appellatur autem ad superiorem immediatè. i. ad eum qui est in gradu proximo superiore, eo quòd tulit sententiam siue ad eum qui deputatus est ad hoc. Item appellationem facit ille, q̄ succubuit siue contra se, siue contra suum procuratorē lata sit, sententia. Appellat & ille cuius interest, ut puta si sententia lata fuit cōtra emptorem, potest appellare uenditor eo, quòd de uenditione

tene-

tenet. Item cohæres appellat a sñia contra suum cohæredem lata. Item fideiussor appellat a sñia contra debitorem lata, pro quo se obligauit, q a sua interesse. Item quilibet extraneus põt se appellare pro condemnato, si ille habebat appellationem infra tps statutum ad appellandum. Sed si plures fuerint cōdemnati, & appellat vnus, non ideo alij vñr appellasse. Appellatur vero a sententia diffinitiua siue a tota siue a certo c. si ab uno cap. appellatur, non rescinduntur, ideo alia nisi sint connexa. Sed ab interlocutoria non appellat̃ nisi quando iudex in causa ciuili, vel criminali pronunciauit qõnem haberi aliter quam leges uelint. Appellatur a sñia lata super proprietate, sed non ab ea quæ lata est super possessione, quia in iudicio proprietatis erit saluum omne remedium, & q a uictoria proprietatis absorbet uictoriã possessionis. Itẽ appellatur a sñia iudicis ordinarij, & delegati. Verumtamen ab executore, qui sententiam mandat executioni, non appellat, vt aliquis sit licitus finis, nisi executor excedat modum in exequendo, uel quia ante tps statutum exequatur, vel in maiori quantitate, quam in sñia contineatur. A principe uero, uel a senatu, aut a p̃fecto p̃torio non appellatur, sed ab eis supplicatur. Et est supplicatio petitio ueniæ prioris erroris. Item nõ appellat̃ ab arbitro. Item appellare nõ põt uerè contumax, & uerè cõtumax dicitur ille, cui præceptum esset a iudice, ut ueniret & staret ad sententiam audiendam, & spreto iudicis præcepto non uenit, uel recessit, uel ille, qui tribus edictis, uel uno ꝑ quolibet, quod dicitur peremptorius legitimè citatus, respõdit se nõ uenturum. Hic uerè contumax non appellat, nisi incontinenti post latam sñiam uenerit, iudice adhuc ꝑ tribunali sedente. Ille autem, q est fictè contumax, appellare potest, & dicitur fictè cõtumax, qui uel ignorauit se citatũ, uel si sciuit, dixit se uenturum. Itẽ no. ꝙ appellatur a sentẽtia aliqñ illico post latam sñiam sola uoce, ut si dicat condemnatus ab hac sententia uiua uoce appello. Aliqñ ex interuallo, & tunc debet offerri libellus in scriptis infra tempus statutum ad appellandum. Illud autem tempus est, quia intra decem

dies

dies die latæ sententiæ appellandũ est, si condemnatus fuit præsens snīæ, sed si fuit absens, & non defensus per procuratorem, debet appellare infra decẽ dies, ex quo scit sententiam latam esse. Sed si per procuratorem defensus est, non auditur, nisi procurator appellauerit, licet contra procuratorem possit habere regressum. Cæterum effectus appellationis est, quod appellatione suspenditur pronunciatum & pendente appellatione nihil debet innouari. Item not. quòd in iure canonico nõ solum a sententia, sed ab omni grauamine appellatur. Postquam autẽ appellatio fuerit facta, debet iudex eam accipere, & dimissorias litteras transmittere ad eum, ad quem appellatum est. Veruntamen secundum statuta, & consuetudinem Bo. si appellatum est a sententia iudicis ordinarij, idẽ iudex committit causam appellationis uni ex iudicibus, qui præsident appellationibus cognoscendis. Sed si appellatum est sententia minoris iudicij recurritur ad iudicem ordinarium, qui committat, & commissio secũdum tempora statuta habet fieri, intra. 15. dies a die latę sententiæ. ille autẽ iudex, ad quẽ, appellatum est, siue cui causa appellationis cõmissa est, uocatis partibus diligenter eas examinabit, & licebit utriq; parti nouis assertionibus, uel exceptionibus uti, quę pertinent non ad nouum ca. sed oriantur ex illis, aut illis coniuncta sint quæ apud priorem iudicem fuerint proposita. Et licebit etiam præstare probationes super instrumento, uel allegatione facta in prima causa cũ tũc nõ fuerit copia probandi. Item licebit uti probationibus pręstitis, & testificationibus lectis in priori causa. Item nota quòd secundum consuetudinem, & statuta Bo. appellatus debet reficere aduersæ parti expensas litis, si succumbat, & dare debeat iudici qui cognoscit de appellatione, siue succumbat, siue obtineat. 12. denarios pro qualibet libra quantitatis, unde lis est, & de his debet consignare iudici sufficiens pignus infra. 10. dies post commissionem factã. Postquam autem hæc omnia facta erunt, & causa diligenter examinata, pronunciabit ipse iudex bene, uel male sententiatum fuisse, & be-

ne uel

ne uel male fuisse appellatum,& debet hęc cã appellationis terminari infra 40. dies utiles post primam sniam. Item no. q ab hac pronunciatione ēt poterit appellari, & in hac secũda appellatione idem processus per omnia est seruandus,ut in prima appellatione.

De excusatione rei iudicatæ.

QVoniam parum esset sniam ferri,nisi lata mãdaretur executioni,nõ de executione rei iudicatę subiũgẽdum est,sed primo uidẽdus ordo. Postquã snĩa lata est,si non appellat ab ea infra tps statutũ ad appellandum expectet 4 menses,q̃ indulti sunt condemnatis ad soluendum,si snĩa processit ex mera psonali actione,ut q̃a actum fuerit contra aliquem obligatum ex cõtractu, uel quasi licet spacium 4. mensium aliqñ arctari possit,& prorogari.arctatur.i.in cã alimentorum, ut q̃a sniatum sit contra aliquem,ut pstet alicui alimẽta, nam nimis ieiunaret,si ille, cui pstanda sunt alimẽta per spacium 4.mensium differret comedere,sed & prorogatur, si uideat iudici condemnatum soluere nõ potuisse ex aliqua iusta causa.Si uero snia processit ex reali actione, ut q̃a petita sit rẽs aliqua ab illo, qui eam tenebat, tunc si nõ fuerit appellatum, ut dictum est,iudex infra certum tps ex eius arbitrio mandat rem restitui. Elapsis aũt prædictis terminis mandatur sententia executioni, & hoc quando non fuit appellatum,ut dictum est. Verũ si post latam sententiam appellatum fuit, quia pendẽte appellatione nihil debet innouari, expectatur causa quousq; fuerit diffinita,quod si per appellationem extinguetur, & irritabitur snĩa iam non habebit locum executio. Si autem per appellationem cõfirmabitur executioni mittetur.Sed uidẽdum est,quid sit executio. Est autem quędam potestas, per quam sentẽtiæ latæ rigor producitur ad effectum,& fit executio a iudice ordinario,si sententia lata est ab eo, uel fit a iudice ad executiones deputato. Fit autem a iudice in rebus condemnatis,si res sunt in territorio ipsius iudicis, aliqñ fit relatio ad inuicem

in cuius territorio sunt, vt ipse iudex sentẽtiam exequatur per res, & facultates ipsius condemnati, & debet fieri executio in bonis condemnati, ut dictum est, & non alterius dando tenutam, & possessionem de bonis ipsius illi, qui obtinuit, vel eius procuratoribus. Primo enim dãda sunt mobilia. Secundo immobilia. Tertio perueniturad iura, hoc est ad debitores condemnati. Veruntamen stipu. hoc est salaria de pu. percepta non capiuntur pignori dum de alijs rationibus condẽnati satisfieri possit rei iudicatæ.

De his, quæ coram iudicibus extra ordinem ciuilis iudicij concurrunt.

ORdo ciuilis iudicij est, ut oblato libello, & lite contestata procedatur ad diffiniuam sententiam secũdum ea, quæ superius sunt expressa. Et hic processus, & ordo aduersus reum uenientem, & se per negociationẽ, uel peremptoriam exceptionem defendentem regulariter est seruandus. Veruntamen quoniam reus aliquãdo ueniens confitetur, aliquando vero, citatus contumaciter abest, & in his duabus causis non potest ciuilis ordo seruari, immo necessarium est, ut quadam alia via extra ordinaria procedatur. Iccirco dicto de ordinario processu, restat nunc de prædictis duobus extra ordinarijs uidere, & primo de illo qui seruatur aduersus reum se contumaciter absentantem. Nota tamen quod uterq; ipsorum processuũ plus requirit ordinem differentiæ, qui in ipsis seruandis est, quam alicuius actus ipsorũ expositionem intendere, & enim ea, &c. quæ in utroq; processuũ seruantur, pro maiori parte sunt exposita in præmissis. Reliqua, cum autem dominus dederit exponentur.

De processu contra reum contumacem.

REus aliquando citatus non comparet, aliquãdo uero ueniens, & libellũ recipiens nõ redit, vnde quocũque modo ante litẽ contestatam contumaciter se absentet, aduersus eum processus huiusmodi est seruãdus. Actor enim offert suũ libellũ petitionis iudici, & iudex

faciet

faciet eum præstare sacramentum calūniæ, quo declarabit omnia vera esse, quæ in supradicto cōtinentur libello, & quod non animo calumniæ agit, vel petit, deinde iudex fert sententiam interlocutoriam contra reū. Quoniam si agitur actione in reum pronunciat actorem fore mittendum in possessione rei petitæ, & subsequenter circa reū vt veniat defensurus tenutam, seu pos. dandam actori ex interlocutoria, quòd si non venerit, mandat actorem poni in pos. & iste missus in pos. rei petitæ intra annum possidet, sed lapsus annus, facit eum verum pos. sed si venit reus ante annum volens recuperare pos. auditur, & recuperata pos. proceditur hoc modo, quia reficit actori impensas, & promittit ei de lite suscipienda, fit contestatio litis, & iurat ipse reus de calūnia, non autem actor, eo quod iurauit ipse interlocutoriæ latæ, & proceditur exinde ordinario iudicio, prout in antecedē tib. dictum est. si autem agit actionem in personali, pronunciat iudex actorem esse mittēdum in pos. bonorum rei pro mensura debiti declarati primo mobilium si cō pererit. Aliquando immobilium absente reo, omni legum auxilio reseruato, & hac interlocutoria lata, facit reum citari, vt veniat defensurus tenutam, quod si venerit, restituta possessione proceditur ad ordinarium iudicium, vt superius dictum est, si vero non venerit, tunc iudex assequēdo interlocutoriam, mandat actorem poni in pos. & missus in pos. ex personali actione non possidet. sed pertinet, ideo non vsucapit, vel præscribit, quia sine possessione vsucapio, vel præscriptio non procedit, licet de forma statuti communis Bo. missus in pos. ex interlocutoria data lucrifaciat fructus. Et no. ꝙ pos. data ex interlocutoria dicitur primū decretū, si autē facta diligenti inquisitione per vicinos, & notos non inuenit de bonis rei, de quib. detur tenuta actori, pronunciat iudex nō inueniri de bonis rei, ex qua pronūciatione sequitur hoc. Quia iā patet, ꝙ facta est diligēs discussio bonorum existētium, vñ cum de dictis bonis non inueniat, poterit actor agere, & petere bona obligata, siue sequatur hoc, quia postquā non inueniūtur de bonis, iudex reo subse-

quenter facit dari bānum, de quo non cancellatur, nisi satisfaciat creditori, sed si inueniuntur bona, quam primum datur tenuta, seu pos. vt dictum est, postquam aūt actor habet, si non sit recuperata ista pos. siue detentio, quia potius detentio est, quę quidem pos. ex actione per sonali habita semp recuperari pōt quousque nō est processum ad dationē insolutū, pcedit actor, & petit bona quib. pos. habet sibi dari insolutum, in qua datione insolutum talis ordo sequatur Notulę. Offert.n. actor, q habet victā pos. iudici libellum suum, quo petit bona ipsa sibi dari insolutum, deinde protinus citat reus, & si venerit contestatio litis sit, & pręstatio iuramentorum de calumnia. & proceditur ordinario iudicio, vt supra in primo processu, quod si non venerit proclamatur in palatio communis, & in contrata debitoris, quod siquis habet ius vel instrm in bonis ipsius debitoris, aut illa defendere vult, veniat coram tali iudice responsurus. quod si comparuerint aliqui creditores, vel petitores, scribūtur petitiones eorum sub primo libello, nō tn̄ interest, vtrū alij petitores habeant tenutā de bonis debitoris vel nō, dummō prius habeat actor causæ istius, & si venerit, q sequam dicens se habere ius in dictis bonis, vt quia illa ad se spectant, vel q ea velit defendere, scribetur ipsius narratio, & ius, quod se dicit habere, siue qua ratione vult illa defendere, q defensor satisdabit, quia nemo idoneus defensor nisi satisdet, & postea petitores, seu actores contestabunt litem. & iurabūt de calumnia cum ipso defensore, & proceditur in litem, prout infra dicetur. quod si non comparuerit quisquam defensor, tunc eligit alius, qui constituetur curator bonis debitoris absentis, & indefensi, prout habet in instrumēto curatoris cōstituti in bonis absentis, & indefensi, supra 7. cap. qui procurator, perquiret bona debitoris, & de illis inuentarium faciet, quod inuentarium scribetur in actis, qui etiam curator illa bona defendet, & contestabitur lis, & iurabit de calumnia cum petitoribus, & procedetur in lite cum curatore, vel defensore hoc modo. producentur enim instrumenta, & probationes hincinde, & iudex secreto accipiet

piet aliquos bonos uiros qui sciant bona debitoris,& hi sacramento præstito æstimabant illa.s. quæ scripta erũt in inuentario,& dabunt ęstimationẽ secreto iudici,post hæc datis,& inspectis, iudex eligit unum vel duos sapiẽtes, qui uisis rationibus, & allegationibus utriusque partis, consulent iudici,quod uidebitur super sententia ferenda,iuxta quod consilium formabitur sententia protinus citabitur peremptorie pars, quæ absens erit ad sententiam audiendam,& partibus præsentibus,uel vna absente, dum tamen citata ferret, & iudex sententiam, in quam adiudicabit insolutũ petitori, seu petitoribus de bonis debitoris, secundum illam ęstimationẽ, quæ erit ęstimata ad iudicandum isti rem istam, & illi rem illã. Sed primo adiudicabit ei, quam inueniet priorem tempore,& potiorem iure,secundo ei, quem inueniet, tertio in tempore,& sic de cæteris, si autem non sint tot bona, quod omnibus satisfieri possint, reseruat iudex illi, vel illis omnibus,quibus satisfieri non potest,iura ipsorum contra debitorem,& eius bona,si qua pro parte apparent, & hæc sententia dicitur secundũ decretum. Et subsequenter iudex præcipiet nuncio, ut inducat actorẽ corporalem poss. rei sibi adiudicatæ ex secundo decreto,& postea efficitur dñs ipsius rei, igitur habes quo ordine procedendũ est contra reum contumacẽ, secundũ qualiter prædicta oĩa quæ in ipso processu continentur scribi dẽant in exẽplificationib.species ordinatæ notatũ.

De processu contra reum confessum.

Contra reũ cõfessum proceditur hoc modo, quia iudex præcepit reo cõfesso,ut ad certũ terminum soluat,uel det creditori,id,in quo confitetur, se esse debitorẽ suũ.De consuetudine enim,& statuto Bo. statuitur ciui cõfesso terminus.10.dierum ad soluendũ, & comitatiuo confesso.20.dierum,nisi terminus de uolũtate partium prorogetur,& hoc præceptum vim gerit sẽtẽtiæ, quia sñia fertur in confessum,uel conuictum, qđ si tunc non soluerit,exequetur iudex ipse, uel alter secundum

morem Bono. ad executionem officium deputatus ipsum præceptum, siue sententiam contra reum hoc modo, faciat enim reum citari, & si comparet, statuit ei terminum trium dierum, si est ciuis uel. v. si est cōmittatiuus ad soluendum, quod si tunc nō soluit, vel non comparuit, quando citatus fuit, ut dictum est, nisi obstet rationabilis, rei, siue debitoris exceptio, aut iudex facit ipsum reum in banno poni, de quo banno non cancellatur, nisi satisfaciat creditori, aut det actori tenutā de bonis ipsius rei pro mensura debiti declarati, exequendo ipsum præceptum, primo de mobilibus si comparuerit. secundo de immobilibus, saluo iure omnium. Quæ tenuta dicitur primum decretum, ut dictum est in præcedenti rubrica. Deinde quia parum prodesset ei dicta tenuta, eo quod eam non possidet, sed detinet, & ideo non usucapit, uel præscribit, licet de statuto communis Bo. lucrifaciat fructus, ut supra in proximo processu dictum est. Procedit ipse actor, & petit ab ipso iudice, uel ab alio, qui deputatus est in dationes insolutum, ut fit bo. ut dicta bona, de quibus habet tenutam, seu pos. sibi adiudicari insolutum, in qua datione insolutum proceditur in omnibus secundum quod dictum est in præcedenti rubrica. Sed bene potest reus ante bannum, uel tenutam datam uenire, & exceptiones opponere dicendo tenutam, uel bannum non esse dandum, quia nō sunt trāsacti dies termini. Item quòd si minor, uel filiusfamilias, contra quos non potest ferri sententia sine curatoris auct. uel patris consensu, uel quod in præcepto non fuerit causa, uel quod ipse soluerit, & similia, sed antequam audiatur, opportebit eum deponere quantitatem in præcepto contentam; & postea probabit excep. & si probauerit, non proceditur in tenuta, uel banno. Si autem non probauerit, condemnabitur de consuetudine bon. & hoc de exceptionibus dictum est gratia illius uerbi, quod supra dicitur, scilicet nisi obstet rationalis rei siue debitoris exceptio.

De criminali iudicio.

Quoniam circa principium huius ca. dictum est, quod iudi-

iudiciorum aliud ciuile aliud criminale, dicto de ciuili restat per consequens de criminale uidere. uerum quia iudiciũ ex tribus debet constare personis, ut superius dictũ est, sicut in ciuili necessarius est actor, reus, & iudex, sic & in criminali regulariter exiguntur accusator, accusatus, & iudex. Itaque in processu quid sit ordo primo uidendum est, quæ sint criminalia, & super quibus vertitur hoc iudicium. Secundo de accusatione. Tertio de accusatore & accusato. Quarto & ultimo, quo ordine procedatur, & qualiter accusatio producatur ad finem.

De criminibus publicis, & priua.

CRiminũ, alia sunt pu. alia priuata. Priuata sunt illa quorũ executio. i. accusatio, vel denunciatio ad illas personas tantũ spectat, qui bus inferuntur, vt furta, & damna illata, & iniurię Pu. sunt quorum executio, uni ex populo datur, quoniam ad pu. spectat vtilitatem, ne maleficia remaneant impunita, vt sunt homicidia, paricidia, adulteria, crimē lęsę maiestatis, & huiusmodi. Itē criminum alia sunt capitalia, utputa illa quibus pœna sanguinis irrogatur. Alia non capitalia, sicut illa, quæ pęna pecuniaria afficiunt delinquentem.

De accusatione.

ACcusare nihil est aliud quã reum criminis aliquē per libellũ deferre, & vindictam de eo fieri postulatur accusatio enim in pu. & priuato crimine debet fieri per libellũ, in quo cõtineatur nomen accusatoris, & accusati, & crimen de quo fit accusatio, & de quo mense dicitur crimen factum, & sub quibus consulibus. i. tempore cuius rectoris, & in quo loco, & debet etiã inferri dies in eo, in quo offertur libellus accusationis non autē dies uel hora commissi criminis. Itē debet accusator de iure in accusatione se subscribere. i. se obligare ad pœnam talionis, nisi probet quod intēdit, quod si non subscribet, intelligitur tamen obstrictus ad hoc de natura actionis

quāuis hoc de consuetudine non seruetur. Veruntamen licet regulariter necessarius sit accusator, ubicunq; criminis vel delicti publici, vel priuati accusatio est admissa, nec debeat iudex aliquem sine accusatore punire, fallit tamen in casibus in quibus sine accusatore processit criminis cognitio, & pœnæ impositio. potest autē iudex sine accusatore punire maritum de lenocinio quod sibi in modum exceptionis obiicitur ab uxore, utputa cum maritus accusasset uxorem de adulterio ipsa excipiendo dixit maritum lenonem esse ipsius adulterij. Item producentem suspectum instrumentum quod suspectum sit, vel ex ipsa scriptura, vel ex persona producentis, vel ex persona scribentis. Item testem falsum. quem ex dicto fraude, vel falsitate prospexerit non carere. Item calūniatorem, qui super accusatione non probauit. licet ipsius punitio de consuetudine nō seruetur. Item potest sine accusatore tutore suspectum remouere, si liqueat hoc sibi ex apertissimis rerum argumentis. Item notoria & manifesta facinora poterit sine accusatore punire.

De accusatore & accusato.

ACcusator debet in accusatione præsertim publici criminis, postquā causa ordinata est. i. postquā contestata est lis persistere, & super ipsa probationes offerre & luce clariores. Quia si accusator non probat quod intendit uidet calumniare. & ideo debet ei de iure inferri pœna calumniantis, quæ est similitudo supplicij. Accusare autem potest omnis qui non prohibetur equidē mulieres, quia nō dicunt se immiscere ceruī virorū non accusant, nisi de morte liberorum, vel parētum nisi suā vel suorum iniuriā prosequant, in casibus tamē promissum est mulieribus accusare, vt puta de his, de quibus loquitur lex Iulia maiestatis, & lex Iulia de annona cornelia testamentaria, & in crimine suspecti. Item prohibentur accusare milites, qui iurauerint non euitare mortē pro salute reipu. Item impuberes non pñt accusare, nisi

de

de morte,& suppresso testō parentum,& tūc accusare debeant eum tutoris auc. Puberes vero aucto. tutores semper accusare possunt, nisi de toro alieno uiolato. Item qui merum imperium,& potestatem habent, non accusant. Item mutus. Item infamis. Item, qui pecuniam ob accusandum, uel non accusandum acceperit. Item qui falsum testimonium subornati dixerunt. Item liberti patronos suos nō accusantis. Item ille qui minus. l. aureorum habet in bonis. Prædicti tamen omnes accusare possunt si suum vel suorū propinquorum mortem vel iniuriam prosequantur. Item accusatus non accusat interim accusatorem suum de pari, uel minori crimine nisi suam uel suorum propinquorum mortem, & iniuriā prosequantur. & hoc quando actor non prosequebatur suam iniuriam. Item socius non accusat socium, uel participes eiusdem criminis. Item non accusat quis fratrē uel sororem si grande crimen intendat: secus si leue. Itē seruus, qui in iudicio interesse non possit, non accusat nisi in casibus, utputa si uelit accusare eum, qui suppressit tabulas testamenti, in quo erat sibi relicta libertas, uel eum, qui fraudauit censum, vel qui fabricauit monetam falsam, uel eum qui vendidit annonā cariorem, uel de morte domini sui. Sed dicto de his, qui possunt, & qui non possunt accusare, videndū est de illis, quia accusari pñt vel nō accusari. accusari quidē possunt regulariter omnes mas & fęminæ puberes, & impuberes dūmodo capaces sint intellectus. Item accusantur præsentes tamen, & non absentes, tamen contra absentes potest offerri libellus, non autem de iure procedi. Licet de consuetudine Bono. accusentur absentes, & eis citatis, nisi comparauerint banniantur. Item accusari debent uiui, & non mortui, quia si decesserit accusatus, omnis accusatio est extincta, nisi in crimine læsę maiestatis,& hæreseos,& repetundarum de quibus criminibus etiam in filios & hæredes quædam pœnæ infliguntur, & si accusator decesserit accusatio cępta expirat, nec enim hæredes accusari coguntur crimina prosequi, licet accusatus possit ab altero accusari. Item quis accusatus est de uno

cri-

crimine non potest pendente accusatione ab altero de eodem crimine accusari. Præterea si quis accusatus de aliquo crimine & absolutus est de illo non potest de eodem postea accusari, quia criminibus sententia facit ius. Item seruus accusari non potest super aliquo, de quo imponitur pœna pecuniaria: cum seruus non habeat bona, nec etiam accusari potest de aliquo de quo imponitur pœna amissionis ciuitatis, quia seruus ciuitatem nō habet, nec accusatur de paricidio, quia ciuiliter patrem non habet, immo censetur spurius, Item non accusatur ad tempus quidam, scilicet dum habeat pu. honorem, & adiministrationem, ut legatur imperatoris magistratus po. Ro. & qui abest causa reipu. Cæterum accusatus post litem contestatam exceptiones suas debet opponere, & etiam ante litem contestatam illas exceptiones, quæ sunt declinatorię iudicij, ut de exceptionibus dictum est.

De ordine accusationis, & qualiter accusatio producatur ad finem.

IN ciuitate bon. cui est quodammodo naturaliter legis innata peritia, & quæ in obseruātia & immutatione iuris posita est, toti mundo speculum, & exemplum, talis ordo in accusationibus obseruatur: accusator enim ut plurimum offert libellum accusationis suæ iudici, vel no. quo recepto incontinenti exhibet sacramentū calumniæ, quo iurat in accusando & procedendo uti veritate, & in defendendo si fuerit conuentus, & quod nō animo calumniæ accusat, & quod super processu causæ præcepta iudicis obseruabit, deinde protinus præbet securitatem de accusatione prosequenda. Post hæc citatur accusatus domui suę per unum nuncium, & si non fuerit innentus, citatur sequenti die per alium. qui si non venerit, proclamatur per alium nuncium in contrata sua coram duobus testibus ad hæc uocatis. ipsius defensio hæc est, quod si quis ipsum defendere uult, ueniat tali die coram ipso iudice, si uero non uenerit accusatus ipse, uel alius pro eo ad suam defensionem, bāniatur accusatus.

Bannorum

Bãnorum autem formas tam in causa ciuili quam criminali in exemplis habebis. Sed si obtulerit se aliquis ad defensionem accusati, distingue, quia si ille accusatus est de crimine, quod exigat pœnã pecuniariam admittitur defensor satisdatione præstita de soluenda condemnatione. Si ille quem defendis fuerit condemnatus procedetur cum eo in causa. Si ille autẽ accusatus est de crimine, quod exigat pęnam sanguinis, non adimittitur defensor nisi forsan ad allegandas causas absentiæ, sed si personaliter comparuerit accusatus, præstabit incontinenti sacramentum quo iurabit præcepta potestatis, vel iudicis obseruare, & ueritate uti super accusatione de eo facta, ac etiam super facienda ab eo si accusatorẽ suũ reconuenire uoluerit, & quod in omnibus nihil animo calumniæ dicat vel faciat, & subsequẽter præcipitur ei, ut securitatem præstet per bonos fideiussores de condemnatione soluenda si fuerit condemnatus uel de persona condemnati representanda, & hoc quando accusatio erit super crimine quod exigat pœnam pecuniariam. Si fuerit super crimine, quod exigat pœnam sanguinis accusatus personaliter detinetur, & traditur sub custodia aliqñ cõpedibus ferreis, & carceribus mãcipatur, præstita securitate, uel facta detẽtione, ut dictũ est, legitur accusatio accusato de eo facta, & recipitur & scribitur ipsius confessio, vel negatio, & si pro confessione accusati non patebit ueritas, dantur dilationes ad probãdum, & pcoceditur ad probationes, & inducuntur hincinde illę, ut ptobet accusationem istę, ut probet defensionem. Verũtamẽ aliqñ in criminali causa. i. cum capitalia, & acriora criminaliter explorari nõ possunt seu ueritas aliter inuestigari, adhibẽda sunt tormenta in ꝑsona accusati, seu rei criminis, sed non tanta quãta accusator postulari. Sed ut moderatę rõnis temperamenta desiderant, licet confessio facta in tormentis non ualeat, nisi si causa depositionis perseueret, cum aũt super his oĩbus diligens discussio facta erit, debet procedi ad condemnationem, uel absolutionem. Et enim per ostensionem accusati non patebit id, de quo accusatus est, aut si accusator

tor

tor intentionem suam non probauerit plene, sed semiplene probauit, aut si accusatus defensionē suam plene ostendit, absoluēdus est accusatus. Quia pœnæ sunt moliendę iuris interpretatione, & non exasperandæ, una dictione, & quia melius est nocentem absoluere quam innocentem condemnare. si uero accusatus inuētus fuerit reus criminis puniendus est aut pœna pecunaria, aut pęna sanguinis, secundū quòd enormitas delicti exposcit, quia iustum est, ut respondeant pœnæ culpis. hoc tamē summa cautella prouidēdum est. nequid aut durius, aut remissius cōstituatur in pœna quam causa deposcit. nec enim aut seueritas, aut clementiæ gloria affectanda est, sed perpenso iudicio, prout quęque res postulat statuendum, sane in leuioribus causis, ꝓcliuiores iudices ad lenitatem esse dicunt. in grauioribus autem seueritatē legum cum aliquo temperamento benignitatis exequi.

De extraordinarijs criminalis iudicij.

Multa præter ordinē supradictum in criminalibus causis secūdū diuersas terrarum consuetudines, & statuta contingere solent, ex quibus condemnatur vel absoluitur criminatum. nā aliquādo in ciuitatibus nocturni præferuntur custodes, ut si quos nocturnos fures, aut aliquos alios ultra in habitum hora noctis silentio euntes inuenerint capiant, uel denuntient puniēdos. ponuntur etiam quidā ad custodiam alicuius passus, vt si qui cum rebus uetitis exinde transierint. denuncient vel præsentent. Item ponuntur alii ad custodiam prædiorū. ut depopulatores uel raptores fructuum, & etiam quadrupedes in aliorum possessionibus damnum dantes denuncient. hi igitur, vel eorum similes quando ex officio eis commisso aliquos denuncient, non est opus, ut accusent uel in accusatione sacramētum calumnię præstent, sed ut simpliciter denunciet. in eorū enim denunciatione sub sacramento, quod præstiterunt de officio exercendo, statur, & ex ipsa denunciatione sine altera probatione denūciatus quisque. ſ. nisi suam legitime defensionē

ostende-

ostenderit,cõdemnatur,quia ipsorum inuentio pro plena probatione habere.Item aliqñ contingit maleficium committi, ꝙ cum nemo veniens insurgat denunciator uel accusator iudex,vel rector ciuitatis ex sui officij vigore,perquirit,vocat enim clandestinè illos qui fuerint circa locum tpe maleficij commissi,& quos ipse scrutatur. veritatem facit scire,quorum attestationibus receptis si per illos sciri poterit eos, qui maleficium commiserũt, citat ad sua mandata uenire,& si uenerint,bonis securitatibus ab eis præstitis, vel habitis nisi suam defensionẽ legitimè probauerint,punit eos.

Secunda pars huius ca. de exemplificationibus, qualiter & qua forma scribenda sunt acta sint ciuilium, & criminalium iudiciorum.

POstquam antecedentibus dictum est, quid iuris sit in vtroq; iudicio,& in quolibet actu eius, & quo sit ordine procedendum,restat nunc ad plenam tabellionũ doctrinam exemplificare sin. quali forma a tabellionib. sint scribenda, verum quia in iudicis aditione nihil occurrit scribẽdum nisi fortassis quia aliquis, qui causam suam impetrauit committi alicui delegato præsentat ipsi delegato literas commissionis.iccirco ipsius præsentationis primo est forma ponenda.

Forma præsentationis literarum commissionis factæ iudici delegato, vel subdelegato.

COradus obtulit,præsentauit & dedit d.Sea.po. Ista d.Papæ,vel Imper. vel talis principis subdelegatione,& cõmissione sibi facta laboratas bulla papali, vel sigillo certo impresso,aut sigillo cereo ad cordulã siricam pẽdenti,habenti in circulo has literas. Octauiani Romanorum Imp. & semper Augusti, & infra circulum sculptam imaginem impatoris super solio imperiali sedentis, & in capite regale diadema, in manu dextra sceptrũ & in sinistra pomũ rotundũ habẽtis,quarum literarum, tenor talis est. Octauianus Dei gratia Ro.imp.& semper Augustus,&c.ponendo totum literarum tenorem.

De citationibus, & relationibus nunciorum.

ANtonium inuentum, vel non inuentũ, vt hodie vel cras tali hora veniret coram tali iu. respõsurus eo, vel occasione accusationis de se factæ a Co. brachius nuntius communis retulit se citasse.

Alia relatio.

ANtonium inuentum, vel nõ inuẽtum, vt hodie vel cras tali hora veniret coram tali iu. ad videndũ iurare testes Cor. vel occasione aperturę testium productorum inter se & Co. vel peremptorie sñiam auditurus inter se, & Cor. B. nuncius cõis retulit se citasse, & dixisse eidem vel familiæ suæ, ꝙ nisi venerit, ex tunc recipiẽtur testes, vel aperientur, vel ferretur sñia. Et sic no. ꝙ scribendum est, & diligenter, ad quid citat̃ aliquis, & in relatione, quid dixerit nuncius. Citationes tm̃ coram iudicibus ecclesiasticis fiunt per litteras quas in epistolis habetis. Item no. ꝙ secundum consuetudinem bo. si inuentus est reus, sufficit vna citatio. Si autem non inuenitur citabit̃ bis, & hoc si ciuis est, sed si committatiuus sufficit si semel citetur inuentus vel non inuentus.

Proclamatio defensionis alicuius.

BRachius nuncius cõis bon. retulit se de mandato talis iu. ad petitionem Cor. alta voce clamasse in contrata An. ꝙ si quis ipsum An. defendere vult tali die, vel hora coram ipso iudice compareat.

Proclamatio defensionis alicuius accusati secundam formam statu. communis bono.

BRachius nuncius cõis bono. retulit se de mandato iudicis præconia voce proclamasse hodie, vel heri in contrata Anto. præsentibus Pet. & M. testibus ad hoc vocatis & adhibitis, quodq́; si quis ipsum An. sup accusatione de ipso facta a Co. defenderẽ vult hodie, vel cras tali hora, corã ipso compareat iudice, alioqn bannetur.

Procla-

Proclamatio subastationis alicuius rei pupillaris uendendæ.

BRachius nuncius communis bono.retulit se de mãdato talis iu.ad petitionẽ Ant.tutoris herigeri pupilli fi.q.Petri præconia uoce clamasse in palatio cõmunis Bo.& in contrata eiusdem pupilli,ꝙ cum domus ipsius pupilli sita in tali contrata necesse habeat uendi. & ex ipsa haberi possit preciũ lib.c.si quis eã emere, & plus dicto precio dare vult,hinc ad tertiam diem coram ipso iudice compareat,quoniam plus offerenti dabitur.

Licentiatur reus,& scribitur sic. Si reus ueniens hora sibi statuta expectet & abest actor.

ANt.citatus ad petitionem Cor.quia ueniens,& iudici se offerens diu,uel tota die stetit Cor.nõ cõparẽt,uel nihil aduersus eũ dicẽte. licẽtiatus fuit a iudice.

De iudicijs secularis recusatione.

QVia periculosum est, & tristes sortiri solẽt euẽtus sub suspecto iudice litigare iccirco domine S. iu. & asse.d.R.po.bo. Ego Ant.in causa quam habeo vel habere intendo cum eo, quòd suspectũ uos habeo audientiam vestram recuso, & alium iudicem mihi dare peto.

Recusatio delegati,uel subdelegati.

QVia periculosum est,& tristis sortiri solet euentus sub iudice litigare suspecto,iccirco dñe Phi.summi pontificis delegate, uel talis delegati subdelegate, ego Ant.in cã quam habeo, uel habere intẽdo cũ Cor.audientiã uestrã mihi suspectã eo quòd estis alter i parti affinitate coniunctus, recuso, cæteris exceptionib. iuris,& obiectionib. meis in omnibus, & per omnia mihi saluis, uerum quia exceptio recusationis probãda est coram arbitris, & non corã iudice, ne forte prouocatus obesset,iccirco ego Ant. me dictam exceptionem recusationis coram arbitris ad hoc eligẽdis offero probaturũ, arbitrum autem meum eligo talem.

Oppositio exceptionis declinatoriæ iu.

ANtonius coram tali iudice ad petitionẽ Cor. citatus

tus in ipsius iudicis præsentia excipiendo proposuit, & proponendo excepit, ac protestatus est, ꝙ cum nō sit de ipsius iudicis foro, vel ꝙ ipse iudex sit aduersæ parti affinitate coniunctus, ipsius declinando iudicium, & non vult nec rationabiliter cogi debet ipso iudici respōdere, vel sic, si fiat contra personam actoris, an coram tali ad petitionem Cor. procuratoris Phi. citatus in ipsius iudicis præsentia excipiendo proposuit, & proponendo exceptionem, ac ꝓtestatus est ipsum Co. eo ꝙ est minor 25. annis, non posse procuratorem esse, & cum huius modi procuratore nullum esse iudicium, & propterea cum ipso iudicium declinando non vult, nec de iure se credit teneri sub iudicio respondere.

Oppositio exceptionis dilatoriæ, vel peremptoriæ solemnis.

ANt. coram tali iudici cōstitutus excipiendo proposuit, & proponendo excep. ac protestatus est, quod cum terminus 4. mensium, qui de iure dat his, qui sunt ꝑ diffinitiuam sñiam condemnati transactus non sit, nō debet adhuc cogi soluere Cor. illas c. li. in quib. ipse An. eidem extitit condemnatus, si uero opponat peremptoriam exceptionem dices Ant. coram tali iudice constitutus, excep. proponit & proponendo exceptione non esse procedendum contra eum super eo. ꝙ petit Cor. ab ipso c. li. bo. Cum hoc sit, ꝙ ipse Cor fecerit pactum ei de non petendo in perpetuum, vel cum hoc sit. ꝙ ipse An. fuerit de ipsis c. lib. per sententiam absolutus Et ita tam prędictas excep. quam alias quascunque sub simili cursu scribere poteris.

Interrogatio ante litem contestatam.

ANte litem contestatam interrogatus Ant. in iudicio coram tali iudice, si possidet rem in libello petitam, respondit, & confessus fuit, se ipsam rem possidere, uel non possidere, uel sic ante litem contestatam interrogatus Anto. coram tali iudice, si est hæres Boetij, respondit, si confessus fuit, se ipsius bono. hæredem esse, uel non esse. & sic de cæteris interrogationibus, quæ ante litem contestatam fiunt.

Satisda-

Satisdatio præstita a reo, qui non possidet immobilia.

CVm in causa, quæ inter Ant.& Cor.coram tali iudice vertitur super petitione, quam idem Cor. fecit ipsi An.de Co.c.lib.opponitur eidē An. quod immobilia nō possit,& ob id eum satisdatur, idem An.quia imbilia non possidet promisit ipsi Co.siue mihi no.uice,& nomine ipsius Cor.sti.de iudicio sisti,& iudicato soluēdo secundum formam iuris, & statuti communis bon. in causa,& super causa. Insuper And. ipsius Ant. precib. dicto Co.uel mihi no.pro ipso Cora.recipienti de prædictis extitit fideiussor.No.tamen quòd hoc,quod dicitur de iudicato soluendo,non est in casu prædicto secundū iuris ordinem, sed solum secundum formam statuti communis Bono.

Satisdatio præstita a procuratore quando dubitatur de mandato actoris.

CVm in causa quæ inter Ant. & Cor. siue ipsius An. procuratorem,coram tali iudice uertitur,sup peti tione quæ fit ipsi Ant. de.c. lib. uel de una petia terræ, offerret,& diceret Philipp.se ipsius Cora. actoris procuratorem esse,quia tamen dubitatur de mandato, & propterea ipse procurator satisdare tenetur.Idem Phi.promisit dicto Ant.ratam rem ipsum Cora. habiturum, & quòd defendet ipsum in iudicio,si ipse Anto. eum recō uenire uoluerit.Insuper Cor. dicti Phi. precibus de prædictis omnibus eidem Ant.extitit fideiussor.

Satisdatio præstita a procuratore rei.

CVm in causa, quæ inter Ant. uel eius procuratorē ex una parte.& Cor.ex altera,coram tali iudice vertitur super petitione,quam fecit idem Cor. dicto Anto. de tali re offerret,& diceret Phi.se ipsius An.procuratorem esse,quia procurator rei, si dubitetur, siue certum sit de mandato, satisdare tenetur. Item Anto. promisit dicto Cora. iudicatum soluere,dominum defendere, & nihil doli mali, in defensione committere. Insuper idem Anto.dicti Philipp. precibus ipsi Cora. extitit

O fideius-

fideiussor, de omnibus & fin. suprascriptis sub hypothecarum suarum, &c.

Satisdatio præstita ab eo, qui se offert in defensionem alterius.

IN causa, quæ uertitur, uel speratur inter An. & Cora. coram tali iudice super petitione, quam facit, uel facere intendit Cor. ipsi An. de quadam domo posita in tali contrata. Phi. ipsius Anto. defensionem se offerens. Quia nemo idoneus defensor, nisi satisdet, promisit dicto Co. iudicatum solum causa infrascripta. insup Ant. ipsius Phi. precibus, ut supra, de fideiussore. No. quòd si procurator, siue defensor defendet aliquē in actione reali, sic hic debet satisdare iudicatum solui, & ratam rem dominum habiturum. Si autem defendet super actione personali non satisdet, nisi iudicatum solui. Licet hoc commissum fuisset de rato habendo.

Satisdatio præstita a reo recuperante tenutam, & interlocutoria contra eum lata.

CVm ex interlocutoria contra Ant. per Cor. latam, idem Coradus missus fuerit in possessione bonorū ipsius Ant. valentium quantitatem in libello petitā, ipse Ant. ad defensionem sententiæ, & tenutæ ueniens refectis secundū formā statuti impensis, libelli, sententiæ, & tenutæ. Promisit dicto Cor. litem suscipere, & in ea usq; ad finem perseueranter stare, necnon eidem Co. secundū formam statuti communis Bon. fructus præstare pro ea parte temporis, quia fuit in possessione prædicta. Insup And. ipsius precibus, &c. ut supra de fideiussore.

Satisdatio præstita ab eo, qui petit rem dissequestrari.

CVm res tales penes Ant. inuenta, ad petitionē Cora. de mandato talis iudicis fuerit sequestrata, ueniens ipse Ant. & eā rē dissequestrari petēs, promisit ipsi Co. uel mihi uo. nomine ipsius Co. sti. rem ipsam seruare, & custodire usque ad cognitam rationem, & eam restituere, & consignare cui, & quando mandauerit iudex. Insup And. ipsius An. precib. &c. ut supra de fideiussore.

Satisda-

Satisdatio de damno infecto.

QVoniã domus quædam An. ut dicitur domui Co. ruinã,& præcipitiũ minabatur, & ob hoc idem Cor.ageret,& peteret sibi de dãno infecto caueri,idẽ An. talis iudicis mãdato promisit. Co. satisfacere ei ad integrũ de omni dãno,quod incurret ex ruina domus eius prædictę insup talis extitit fideiussor,vt supra.

Satisdatio de opere demoliendo.

CVm Co.denunciasset An.nouum opus,eo quod credit ędificare ipsum murum super solo suo,vel tale ędificiũ.Dictus Ant.quia in opere procedere non audet, nisi satisdatione præstita, promisit corã domino tali iudice ipsi Cor.de opere demoliendo ; hoc est , quod amouebit quicquid ędificatum apparuerit super solo suo, insuper talis extitit fideiussor,ut supra.

Quibus uerbis fiat litis contestatio, & iuramentum calumnia, & quomodo scribantur.

FIt litis cõtestatio his verbis, interrogat enim iudex vel no. primo actorẽ hoc modo, credis iuste petere, & ipse respondet,credo.Deinde interrogat reũ,credis te iuste defendere,& ipse reus respondit , credo , & ita his verbis litis contestatione facta , iudex facit actorem, & reum iurare de calumnia , scilicet primo actorem hoc modo. Tu iuras , quòd bona fide , & non calumniandi animo agis falsis probationibus,uel instrumentis in hac causa non utaris ueritatem quotiens interrogatus fueris respondebis.Si per alteram partem veritatem dicentem , audientem vt causa probationibus honoret , non negabis, & illam probationem ab aduersario non exiges , quàm necessariam non putabis mihi , nec alteri , per me non obtulisti, nec offeres aliquid , ut pro te debeat iudicari. Sicut ego dixi ; ita uerum esse , & per te seruabitur , si Deus te adiuuet , & sancta Dei euange. Deinde faciet iurare reum hoc modo. Sicut ille actor iurauit per se in agendo , ita tu iures uerum esse , & obseruare per te in defendendo,si Deus te adiuuet , & sancta Dei euenge.Facta autem litis contestatione , & præ-

stitis sacramentis calumniæ, ut dictum est scribere tu. no. in quaterno hoc modo. Die tali lis contestata est, & iuratum de calumnia a Cora. ex una parte, & Anto. ex altera super infrascripto libello agit. Cor. aduersus Anto. petēs ab eo. c. lib. Bono. &c. ponendo totum libelli tenorem. Et no. quòd super exceptionibus oppositis iuratur ab utraque parte de ueritate dicēda, & etiā eodem modo iuratur a minore, qui est doli capax de ueritate dicenda.

Quomodo scribuntur termini uel dilationes.

STatuit iudex terminum, uel statutus fuit terminus octo dierū vtriq; parti, siue Cor. ex vna parte, & Ant. ex altera ad probationes eorum inducendas, siue dicendum de iure eorum, siue ad exceptiones eorum opponendas, uel probandas, aut ad faciendum, ut testes iurati deponant, siue ad faciendum aperiri dicta testium, vel ad placitandam, ad sententiam audiēdam; siue ad aliud tale quid faciendum, uel ut edant instrumenta eorum, si aliquibus uti uolunt. Et si dabitur terminus peremptorius ad aliquid prędictorum negociorū, siue aliud quodcunq; dices. Statutus fuit terminus peremptorius octo dierum, &c. Si autem dabitur terminus solummodo vni parti, utputa ad respōdendum libello alterius partis, uel ad aliquid aliud scribes. Datus uel statutus fuit terminus ad quatuor dies, uel hinc ad diem Iouis An. ad respondendum libello Cor. sibi ab eo oblato, & dato. & sic de sing. ad quæ statuitur terminus.

Quomodo scribuntur interrogationes siue positione quæ fiunt post litem contestatam.

ACtor uel reus facit interrogationes, siue positiones suas, in una cedula, & ostēdit eas iudici, & si iudex approbat res, fiunt alteri parti, & petit ab illo p sacramētum cui interrogationes facit, si uerum credit, quod petit. Deinde præcipitur per sacramētum alteri, quod ad unāquamque respondeat, quod credit uerum esse hoc modo. Ponitur Co. q An. promisit ei dare ex causa mutui. c. lib. credit An. uel confitetur, uel negat. Item ponit

quod

quod ex hoc pu.est instrm, credit uel non credit An. rei petit terminum ad deliberandū, & sic de sin.positionib, ponēdo positiones actoris in vna parte, & positiones rei in altera,& incipiendo super qualibet positione a capite virgule.Et no.ꝙ in istis responsionibus credulitas hr pro confessione,vel non credulitas pro negatione. Item no. quod aliquando datur respondenti terminus ad delibe-randum specialiter, quando interrogatur de negocio, quod alius gessit,& de quo ipse dubitat,

Sub qua forma recipientur dicta testium.

PArtib.pñtib.vel vna parte pñte, & altera absente dū tñ citata sit,iurabunt testes de veritate dicēda,& cō-putabit eidem sacrificium hoc mō.Tu iuras veritatē di-cere,nulla mixta falsitate tam pro una parte,q̄ pro alte-ra,bona fide,remoto odio,amore,timore,prece, precio, lucro,vel dāno,tuo uel alieno,& testimonium tuum te-nere secretum,donec fuerit publicatum. Sicut ego dixi ita ꝑ te seruabit,si Deus te adiuuet,& sancta Dei euang. Postquā aūt iurauerūt testes,scribit titulus hoc mō. Te-stes ꝓducti a Co.cōtra An.ad ꝓbandum,ꝙ An.promisit d.Cor.dare vel facere hoc,& hoc, &c. scd̄m intentionem ꝓducentis sub examine talis iudicis anno dñi 1200.&c. ponēdo annos dñi,& indictio. Deinde scribet dies ī qua iurauit testis, & testificatio sua hoc mō. Die 6. intrante Iunio,vel exeunte,Ph.iuratus dixit, ꝙ Ant.promisit Co. soluere eidem c.lib.Deinde ad sex menses,interrogatus, q̄ūo hoc scit.Rñdeat,quia præsens fuit,& audiuit,inter-rogatus ex qua cā promisit. Respondit, ex causa mutui, & hoc idem testis præsens fuit ibidem, & vidit quando dictus Cor.dictam quantitatem numerauit, & dedit di-cto Ant.interrogatus quo anno mense, & die,& quibus præsentibus fuit hoc,respondit, quod fuit anno prædi-cto de mense Iunij,de die non recordatur, præsentes ve-ro fuerunt Pe. & Ma. &c. ponendo quicquid dixerit te-stis,& faciendo eū semper reddere dicti sui causam sciē-tiæ, & etiam facies illas interrogationes quas negocio

uideris expedire, prout supra sub rubrica de testibus habetur. Postquam autem producti fuerint testes, aperientur uel de iudcis mandato, vel de partium voluntate, & tūc in fine post ultimum testem scribes hoc mo lo. Die tali aperti sunt dicti, testes de mandato dicti iudicis, vel de partium uoluntate.

Pronunciatio consilij dati in causis super incidenti quæstione.

SI dabitur consilium super principali decisione totius causæ formabitur diffinitiua sentētia super illo cōsilio, prout infra habetur in sentētiis diffinitiuis. Sed si dabitur consilium super aliqua incidēti quæstione, vtputa si sunt testes aperiendi, uel non. *Vel si est danda dilatio* uel non, & similibus, pronunciabitur solum *illud cōsiliū* hoc modo. In Christi nomine amen. Postea scribes totum consilium de verbo ad verbum, secundum quod dabitur tibi a sapiente, & in fine ita dices. Quapropter d.S. iu.& as.d.R.po.Bo. sub cuius examine prædicta qō uertebatur consilij formam exequens prædictis prout supra dictum est prędictum sapientis consilij, hoc est inuocato Dei nomē pronunciauit utraq; parte præsente ad hāc pronunciationem audiēdam, Co.uero absente, licet peremptorie citato, cuius absentia de præsentia repleatur. Deinde incipes capite originali hoc modo. Lata fuit dicta pronūciatio in palatio cōis bo. sub anno dñi, &c. ponendo annos domini, indictionē, testes, & nomen tuum.

Sententia diffinitiua super personali actione.

IN Christi nomine amen. Ego Sca. iudex & ass. domini.R.de villa po. bo. cognitor petitiones factæ a Cor. in modum agit Cora. aduersus Ant. &c. & ponendo totum libellum per ordinē, quo scripto, immediate continuabis. Lite nāq; coram me iudice ipso contestata, & de calumnia hincinde præstitis sacramentis. Visis insuper & auditis rationibus & allegationibus utriusq; partis, habitoq; etiam super his consilio sapientum, cum deliberatione solēni, Dei nomine inuocato prædictū An. uel Ioan. procuratorem. An. prucuratorio nomine pro

ipso

ipso in c.lib.bo.noīe sortis,& in decem li.noīe pœnæ,ipsa pœna ad legitimum modum vsurarum redacta, & in v.lib.nomine expensarum ab ipso Co.factarum,taxatione super expensis a me iudice facta, ipsi Co. Condemno, ab alijs vero petitionib. ipsius Co.dictum A. absoluo,vtraque parte præsente,vel tali absente, &c.vt supra proximè dictum est. Et si non fuerit ipse A. in aliquo absolutus,tacebis illud verbum ab alijs vero petitionib.prædictum A.absoluo.Si absoluatur reus in totum.Si reus absoluatur ab omni petitione actoris.Post illud verbū Dei nomine inuocato,dices ipsum A.ab omni petitione dicti Do.absoluo,vtraque parte præsente,&c.

Si feratur sententia super reali actione,

SI fertur sñia diffinitiua super reali actione,post illud verbum,Dei nomine inuocato, dices ipsum Ant. in restitutione prædictæ petiæ terræ in libello petitæ, & in 20. corbibus frumenti pro fructibus perceptis a tali tempore ipsi Cor.condemno vtraque &c.

Sententia super adipiscenda, vel restituenda possessione.

SI super adipiscenda possessione feratur sñia dices dictum An.in præstatione possessionis,& quasi possessionis prædictæ domus in libello petitę ipsi Cor.cōdemno,vtraq; parte præsente,&c.vt supra. Sed si supra recuperanda possessione feratur dices, dictum An.in restitutione prædictæ petiæ terræ in libello petitæ cum fructibus tali tpe citra præceptis ipsi Co.condemno.Si autem super retinenda poss.dices,dictum An.vt sinat dictū Co. pacifice possidere prædictam petiam terræ,de qua fit mētio in libello,sicut possideat tempore litis contest.condēno,&c.vt supra.

Si absoluatur,vel condemnetur reus seu nullum pronuncietur iudicium.

QVando cōtingit,qđ pronuncietur iudicium nullū & tunc postquam dixeris. Dei nomine inuocato,dices pronuncio dictū iudiciū nullū.Et hoc iō q̄a dictus Co. sine consensu pr̄is sui cōtestatus est litē in iudicio supradicto,vtraq; parte pn̄te, &c.ut supra.

Quando fertur sententia super processu facto coram præcessore iudice.

IN Christi nomine amen. Ego Sca. iudex & assé. dñi R. po. bo. cognitor causæ seu petitionis factæ a Cor. contra A. sub examine talis iudicis in hũc modum agit. Cõ. &c. & posito toto libello, dices, lite nanque coram ipso dño tali iudice contestata ab vtraque parte de calumnia hincinde præstitis iuramentis, visis insuper, &c. ponẽdo prædictum sententiæ cursum.

Quando iudex delegatus, vel subdelegatus fert sententiam.

QVando Io. delegatus, vel subdelegatus fert sñiam, faciẽda est mẽtio personæ delegati, & ẽt delegationis in hũc modũ. Ego Sca. iudex & asse. domini Papæ delegatus, vel dñi Phi. summi Pontificis delegati subdelegatis, ut apparet in lr̃is commissionis in me factæ. Quarum tenor talis est, &c. scribendo totum literarum tenorem, quo scripto dices. Cognitor petitionis factæ ab An. in hunc modum, ponendo totam petitionẽ, & procedendo secundum sententiæ cursum.

Sententia a iudice ecclesiastico super diuortijs, uel disiunctione viri, & uxoris, vel super sponsalitijs bene vel male contractis.

IN Christi noĩe amen. Ego Ph. B. archid. vel archipresb. Cognitor causæ mr̃imonialis inter B. ex una parte, & dña. M. ex altera super petitione ab ipso B. oblata in hũc modum. Postulat a vobis dño P. bo. archid. B. &c. & posita tota petitione subsequenter dices ab vtraq; parte nãque de veritate dicenda præstitis iuris. Visis insuꝑ & auditis rõnib. & allegationib. vtriusq; partis, habitoq; suꝑ hoc consilio sapientis Dei noĩe inuocato, ꝓdictum B. a mr̃imonio dictæ Me. & dictam Me. a mr̃imonio dicti B. ꝑ censuram ecclesiasticam absoluo. Sẽtentiãs & pronuncians, vt vnusquisque eorũm ex nunc, cui vult, nubat in domi-

dño.Si aũt pronũciatum fuerit mrimonium esse legitimum dices. Dei noie inu.ꝓnuncio mrimoniũ interuenisse legitimum inter eos, & ꝑ ꝑea, q̃a mandatum habemus euãgelicũ, vt homo nõ separet, quos Deus coniũxit. Sentẽtio, & diffinio, qđ ex nũc cohabitare vicissim, & carnali copula commisceri, nec non coniugali affectu se in oibus, & per oĩa pertractare. In sponsalib. vero dices. Pronuncio sponsalia inter ipsos processisse rationabiliter, & ob id esse complendum, seu perficiendum mrimonium inter eos, & si pronuncietur contrarium dices. Pronuncio spõsalitia inter eos legitima non fuisse, & ob id esse vnicuiq; eorũ ex nũc nubendi in dño cuicunq; vult alterĩ legitima facultatem. Et no.ꝙ in his spiritualib. causis de calumnia non iuratur, sed solum de veritate dicenda.

Notula.

CAeterum no.qđ in qualibet snĩa. Sex in vniuerso regulariter continent. Primo nomẽ iudicis, & officiũ eius, & q̃a sit iudex ptãtis, vel ad tale officiũ deputatus, vel delegatus, vel subdelegatus, & sic de sin. officijs. Scđo noĩa litigantium, vt ibi cognitor petitionis factæ Co.cõtra An. Tertio tenor petitionis, super qua ventilata est causa. Quarto, vt fiat mentio ꝓcessus causæ, vt ibi lite nã que coram me ipso iudice conte.&c. Quinto condemnatio, vel absolutio, siue alia pronunciatio. Sexto & vltimo qđ fiat mentio, vtrum partes pñtes sint, vel vna presens, & altera absens, vt hæc oĩa colligi possunt ex forma primæ snĩæ. Item no. qđ aliqñ fertur snĩa a iudice super cã appellationis, cuius snĩæ forma infra hr sub rubrica de sententiã super causa appellationis lata. Item aliquãdo fertur sententia ab executore, hoc est, ab eo, qui mandat sententia executioni dando in solutum de bonis condẽnati, vel debitoris, & forma huius sententiæ continetur infra in scripturis factis de processu habito contra contumacem. Præterea multæ pronũciationes fiunt extraordinariæ a iudice, vt puta quia pronũciat aliquem gaudere priuilegio septuagenario. Vel quia datur sententia re-

pre-

presaliarum,& multæ aliæ de quib.aliquę ponuntur infra post omnia exempla antequam ponantur epistolæ.

De appellationibus.

ALiquando cōdemnatus præsens sniæ illico post latam sniam appellauit,& tūc scribet appellatio hoc mō.An.præsens sniæ latæ contra eum pro Cor.a. d. Sca. iu. po. scriptæ manu mei no. illico post latam sniam ab ipsa snia,& ab oī grauamine viua voce appellauit.Si autem non appellaret tunc sed postea ex interuallo debet fieri appellatio in scriptis, & porrigi iudici libellus appellationis, q̃ q̃dem libellus sit hoc mō.Ego Ant.sentiēs me grauatum a snia vestra dñæ S.iud.& ass.d.R.pot.bon. Quia condemnastis me Co.vel co. a petitione mea absoluistis ab ea snia tanquam iniqua & vitiosa appello,& cū instantia apostolos mihi dari peto. Hūc autem libellum recipit iudex,& tu no.illum scribis in quaterno,quo scripto dices . Qui quidē libellus appellationis oblatus fuit ab ipso A.dicto iudici,& eodem iudice receptus. Sub anno domini,&c.ponendo publicationes. Item aliquando appellat non solum a snia iudicis delegati,vel subdelegati.verum & ab omni grauamine,qđ vr̄ pati, & sibi esse illarum ab ipso iudice,vtputa,q̃a non admittat exceptiones suas.Vel q̃a in aliquo processisset contra eum pendētibus dilationib.aut quia in ordinatè contra eum procedet.Et offert hæc oblatio in scriptis hoc modo. Corā vobis domine Ph.archidiacono bo.qui vos dictis esse executorem literarum domini Ph.Ego A.dico, propono atq; protestator,quod reuocetis grauamen per nos mihi illatum ex eo,quod exceptiones meas non admittis , vel q̃a pendentib. dilationibus contra me processistis,cum paratus sim exceptiones meas rationabiliter opponere, & probare attamen si grauamen prędictum non reuocetis cum eo indebitè sniam me grauari in scriptis ad dominū Ph. me appello,& apostolos instanter, instātius & instātissimè peto sub protectione sedis Apostolicæ me supponens.Et no.quod apostoli dicūtur litteræ dimissoriæ,

quas

quas litteras mittit iudex a quo appellatur ad dominũ Papam siue ei, qui delegauit scribens quomodo talis appellauit a sententia sua. Quarum litterarum formam habebis infra in tractu litterarum.

Commissio appellationis a sententia diffinitiua.

DOminus S. iu. & ass. d. R. po. bo. causam apellationis factæ ab An. a sententia lata a se iudice vel tali iu. cõtra ipsum An. pro Cor. scriptę manu talis no. utraque parte præsente, uel tali præsente vel absente, licet peremptorie citato cõmissi. d. M. iudici super appellationibus pro quarterio portę Rauennatis secundũ iuris ordinẽ cognoscendam, & fine debito terminandam. No. quòd iu. delegatus aliquando causę sibi commisso interesse nõ valens committit & subdelegat alteri, quæ quidem delegatio & commissio, vt plurimum per litteras fit, & iccirco ipsius forma infra in tractatu de litteris reseruatur.

Sententia super causa appellationis lata.

IN Christi nomine amen. Ego An. in præsidens aucto. communis Bo. officio appellationũ pro quarterio Rauẽnatis portę cognitor causę appellationis factæ ab Anto. ex senteutia lata a domino Sca. iud. contra ipsum Anton. per Cora. scripta manu talis no. Cuius sententiæ talis est, In Christi nomine Amen. Ego Sca. &c. ponendo totum sententiæ tenorem. Quo posito subsequenter dices. Visa eamque appellatione prædicta scripta manu talis no. Et etiam commissione ipsius causę appellationis in me facta scripta manu talis no. Visis insuper & auditis rationibus & allegationibus utriusque partis habito etiam super his consilio sapientum, Cũ deliberatione solẽni. Dei nomine inuocato prædictã sententiam dicto dño Sca. latam confirmo & pronuntio male iudicatũ, & bene appellatum, uel sic dictam sententiam a. d. Sca. latã quantum est pro. l. lib. ex quantitate. 1 oo. lib. In quibus dictus Anto. dicto Co. fuit per sñiam dictam cõdemnatus confirmo, & pronuncio pro dicta quantitate. l. lib. bono. iudicatum bene, & male appellatum, pro reliquis. l. lib.

ipsam

ipſam ſniam infirmo,& in ea quãtitate pronuncio male iudicatum,& bene appellatum.Lata fuit hæc ſnia &c.

Poſſeſſio ſeu tenuta data pro executione rei iudicatæ.

DOminus S.iu.& aſſ.d.R.pote.bo. exequendo ſnĩam diffinitiuam a ſe vel à tali iud. latam ſcriptam manũ talis no. præcepit Brachio nuncio cõis Bo. vt det Co. tenutam,& Co.poſ.talis rei petitæ,in cuius rõnem Ant. eſt dicto Co. diffinitiuè ex dicta ſnĩa condemnatus, vel ſic,det Co.tenutam, vel corporalem poſ. in bonis,vel de bonis An.valentibus c.li.nomine ſortis,& x.lib. nomine pœnæ expenſarum,in quibus ipſe An.prædicto Cor.per diffinitiuam ſnĩam fuit condemnatus.ſ.primo de mobilibus,ſi comperierit.Alioquin de immobilibus. Quod ſi immobilia non comperierint,vel nõ ſuffecerint, vt det, ſuppleat de bonis iuribus An. ſupradicti.

Relatio nuncij dicentis ſe tenutam dediſſe.

BRachius nuncius cõis Bon.retulit de mandato talis iudicis exequendo ſnĩam diffinitiuam ab ipſo, vel tali iudice latam dediſſe tenutam,vel corporalem poſſeſſionem Cor.de tali domo poſita in tali contrata infra tales confines,in cuius rõne Ant.vt dr̃ eſt Co. per ſententiã condemnatus.Vel ſic dediſſe tenutam, & corporalẽ poſſeſ.Cor.de infraſcriptis bonis Ant.pro c.lib.nomine ſortis 10.lib.nomine expenſarum, in quibus dictus Ant. vt dr̃,eſt per dictam ſentẽtiam ipſi Co. condemnatus.ſ.primo de uno tinatio,& de duabus vegetibus,vel de tali uinea poſita in tali loco,intra tales confines,& ſic de ſin. rebus,& bonis, Nota tamen, quòd aliquando non inuenit in iuriſdictione iudicis exequentis ſententiam de bonis condemnati. Vnde tunc fit relatio ad iudicem in cuius iuriſdictione ſunt bona condemnati,vt ipſe ſententiam exequatur per res & facultates condemnati. Quæ quidẽ relatio per epiſtolam fit, vt infra in tractatu de epiſtolis continetur.Et hæc de ſcriptis,quæ fiunt ordinario iudicio,& proceſſu dicta ſufficiant.

Senten-

Sententia interlocutoria contra reum contumacem lata.

IN Christi nomine Amen. Sca.iudex, & a ssess.d. R. pro. Bo.Cognitor petitionis factæ Co.in hunc modũ agit. Cor.contra An. petens ab eo &c. scribendo tunc libellũ, quo scripto subsequenter dices, ipso namque Ant. legitime citato,& non ueniente,uel ab ipso namque an.post libellum receptum ad terminum sibi datum non redeunte præstito ipsi Cora.de calumnię iuramento,quo declarauit uera esse quæ in eadem petitione peteret. Pronuncio dictum Cor. fore mittendum in pos.rei in libello petitę. Hoc quando agitur actione in rem. Si agitur actione in personam dices fore mittendum in pos.bonorum dicti Anto.ualentium quantitatem in libello petitam,primo mobilium,si comperierint, alioquin immobilium absenti omni legitimo auxilio reseruato.

Citatio rei,ut ueniat defensurus tenutam ex interlocutoria dandam.

BRachius nuncius cõmunis Bon. retulit se citasse & inuenisse.A. ut hodie ueniat corã tali iudice defensurus tenutã ex interlocutoria lata contra eum pro Co. Alioquin dabitur ipsa in bonis eius, siue de re in libello petita. Nota, quòd si uenerit, tractabitur interlocutoria,& satisdabit reus de lite suscipienda, ut supra in satisdationibus continetur. Si autem non uenerit, proceditur ad tenutam quæ scribetur in hoc modo.

Tenuta ex interlocutoria nuncio data.

BRachius nuncius communis Bo.retulit se de mãdato iudicis exequendo inerlocururia ab ipso iudice lata dedisse Cor.tenutam de infrascriptis bonis Ant.f. de tali & tali re.Et talem tenutam sibi de dictis bonis & rebus dedisse saluo iure omnium.

Relatio nuncij non inuen.de bonis rei condemnati.

BRachius nuncius communis retulit,quòd cum mãdato iudicis exequendo interlo. ab ipso iudice latã iuisset dare Cora.tenutã in bonis Anto. & diligenter inquisitionem fecisset in contrata, & inter uicinos & no-

ros An.nihil de boni ipsius inuenerit,de quo prædictam tenutã dare posse, unde & nihilominus ĩ eadẽ cõtrata p̃conia voce clamauit, quòd si quis frueretur de ipsis bonis hinc ad tertiũ diẽ dicto iudici nunciaturus veniret.

Pronunciatio facta a iudice, ut agatur contra possessores bonorum prædicti condemnati.

IN Christi nomine amen. Ego Sca. iudex & asses. domini. R. po.bono.cũ ex interlocu.a me lata cõtra pro. Cor.in quantitate.c.li.ipso autem legitima citato,ut tenutam ex interlocutoria danda defensurus ueniret, & eo ueniente mandauerim ipsam sententiam exequendo dictum Corad.in posses.iudici bonorum eiusdem Anto. pro misura debiti declarati, cunque Bracchius nuncius communis ipsius mandati mei executor iuisset dictam posses. dare, & facta diligenti inquisitione in contrata ipsius Anto.inter uicinos & notos eius, retulit nihil inuenisse, in bonis ipsius Antoni. Vnde & nihilominus proclamata uoce præconia per ipsum in dicta contrata, ut si quis de bonis An.quicquam sciret, ad certum diem nunciaturus ueniret, & cũ nõ cõparuisset aliquis,qui de dictis bonis aliquid nunciaret.Dico, & interloquendo pronuncio nihil inueniri in bonis,& de bonis Anto. supradicti. Vnde in aliquo dicta tenuta siue possessio dari possit. Et ideo dicto Cor. contra bonorum possessores iura reseruo. Lata fuit hæc sententia, uel pronunciatio in palatio communis bon.sub annis domini,&c.

Forma banni dati reo quando non inuenitur de bonis,unde detur tenuta.

QVia facta diligenti inquisitione nõ fuit inuẽtũ de bonis An.Vnde posset dari Cor.pos.& tenuta ex interlocutoria, quã in quãtitate.c.lib.quas ab ipso An.petebat nomine pęnæ cõtra eũ,& quia post ipsam inquisitionem dicto An.legitime citato,& eius defensione lite proclamata, non uenit ipse, nec alius pro eo ad eius defensionem, iccirco, ex nunc sit in banno communis bon.in quo quidem banno cridatus fuit de mandato

dato talis iudicis per Viuianum præconem communis die tali,&c.

Si habita tenuta petat actor eam in bonis debitoris sibi adiudicari insolutum. Scribens petitionem suam hoc modo.

A Vobis domine tal.iud. Siue a uobis æstimatorib. communis bo.petit co.sibi insolutum dari, & adiudicari in bonis,& de bonis An. tantum quod ualeat.c, li.bo. nomine pœnæ.& expensarum factarum, & faciẽdarum,& hæc ex uigore plurum instrumentorum, siue ex uigore instrumenti sententię,& tenutę. Aliquando autẽ contingit,quòd uxor, siue pater uxoris petit sibi insolutum dari in bonis uiri pro dote, quòd ipse uir uergit ad inopiam. Et nunc dices tantum, quod ualeat.c. lib.quas ei dedit in dotẽ,& petit expensas,factas, & faciẽdas, cum hic sic male utatur substantia sua,& uergat ad inopiam. Multę autem petitiones fiunt pro quibus petitur datio insolutum,quas scribes secundum quòd tibi offerentur.

Probationes,ut compareant alij creditores in re ius habentes.

VIuiamus pręco communis bo.proclamauit uel retulit se pręconia uoce clamasse in palatio bono. ꝙ si quis habeat ius in bona An. uel ea defendere vult, ueniat hinc ad tertiũ diẽ corã tali iudice, uel coram extimatoribus cõmunis bo. & similis proclamatio fit in cõtrata debitoris a dicto nuncio, uel ab alio,similiter scribetur.

Si compareat aliquis ius habens in bonis ipsius,uel ea defendere uolens,ita scribens.

IOannes offerens se coram tali iudice dixit, & protestatus est se habere ius in bonis An. ex causa debiti lib. l, bon.quas ab ipso An. recipere debet ex tali alia causa. Vel sic offerens se coram iudice talem protulit petitionem,a uobis domine talis iudex petit, &c. & sic scribent petitiones omniũ una post aliam. Et sic uenerit qui bona illa defendere uelit dices Io. offerens se coram tali iu. dixit,& protestatus est, ꝙ An.contra Cor. & quãcunque petitionem.

petitionem,& contradictorem vult defendere,ne eis datur insolutum tali ratione. Quo scripto,satisdabit ipse defensor,vt supra habes, ubi notatū est qualiter scribuntur satisdationes,quòd si non apparuerit defensor,cōstituetur curator ipsius bonis, prout continetur in instrumēto curatoris dati in alicuius absentis, & indefensi. in 7.ca.& ipse curator perquisitis bonis de illis inuentariū facit,quod scribetur in actis,ut infra hic apparet.

Inuentarium factum a curatore bonorum alicuius absentis,& indefensi.

HOc est inuentarium factum ab And. curatore constituto bonis absentis An.& indefensi. *In primis* quidem se inuenisse in dictis bonis unam *domum* positam in tali contrata infra tales confines.Item unam petiam terræ.Item unum scrineum,&c.

Aestimatio facta de bonis ipsius inuentarij.

IAcobus & Io. electi & constituti a tali iu.ad æstimandum bona ascripta in inuentario facto ab And. curatore ipsius bonis constituto,Sacramento eis præstito de dictis bonis fideliter æstimandis. primo æstimauerūt domū vnam positā in tali loco.100.lib. bo. Itē unā vineā positā in tali lo.120.lib. pro qualibet tor.& sic de sin.reb.

Forma sententiæ super insolutum datione.

IN Christi nomine amen.Ego.S.iu.& as.d.R. pot.cognitor petitionum infrascriptarū.Petit nanque Co.sibi insolutum dari,& adiudicari,&c.ponendo totū tenorem petitionis.Et subsequenter pones petitionem secūdi petitoris,& sic de sin.petitionibus.quibus scriptis,cōtinuabis ita. Facta quoque proclamatione in palatio communis bo.per Viuia. præconem eiusdem cōmunis, & in contrata ipsius An. per Brachium nuncium ipsius cōmunis,quòd si quis habet ius in bonis ipsius An. aut illa defendere vellet certa die coram me compareat, & nemine alio præter antedictos petitores compa rēte, co insuper Ant. curatore dictis bonis, & uiso inuentario

ibco

ab eo confecto,& ęstimatione in eo inuentario contentis facta concorditer a Iacobo, & Ioan. qui iurauerunt eadem bona fideliter ęstimare, lite præterea contestata inter ipsos petitores, & curatorem prædictum, & de calumnię utroque præstito iuramento quo declarauerunt petitores prædicti, se credere rationabiliter, posse petere, & quòd de his, quæ eorum petitionibus continentur, non erat in aliquo satisfactum. Visis instrumentis,& rationibus,auditis allegationibus eorundem,habitoque etiã super his consilio sapientum.Dei nomine inuocato.Communis Bo.& mei officij auct. Quia dictum Co.inter creditores ipsius An.inueni priorem tempore, & ideo iure potiorem.Primo loco do ei, & adiudico insolutum domum unam positã in tali loco intra tales cõfines pro ea ęstimatione,qua ęstimata est a prædictis ęstimatoribus,scilicet pro c.lib.bon.Item unum tinatium, & unam vegetem pro 50.sol.nomine expensarum taxatione a me iudice facta.Secundo loco, quia Mar. inueni post dictum Cora.alijs creditoribus Ant. potiorem, do ei,& adiudico insolutum talem pos. pro ea æstimatione,&c.ut supra,& sic de sing.Si autem non erunt tot bona,quòd posteriori satisfieri possit dices prædicto uero Phi.quia nihil aliud in dictis Anto.bonis reperio, quod idem Philip.adiudicare ualeam insolutum cõtra ipsum Ant.& eius bona,& bonorum possessores,& etiam cõtra futura,si quando ad fortunam peruenerit pinguiorẽ,integra iura reseruo.Lata fuit hæc sententia in palatio cõmunis Bono.&c.Nota tamẽ quòd si huiusmodi sentẽtia fertur ab ęstimatoribus communis Bon.qui præsunt dationibus insolutum,dices in principio.

Sententia æstimatorum.

NOs M.& P.æstimatores cõmunis Bono. cognitores petitionis,vel petitionũ,&c.loquendo in plurali numero.Vbi de iud.fit in singulari, & etiam si unus solus fuerit petitor,facienda est mentio de una, & sola petitione solum in singulari numero.

Possessio ex secundo decreto data.

DOminus talis iu.uel tales æstimatores cõmunis bo no.præcepit uel præceperunt Brachio *nuncio cõ*munis bon.ut inducat Co.in pos. corporalẽ talis *domus* sin. ab eodẽ iu. datæ, & adiudicatæ insolutum ex secundo decreto. Quando nuncius ipsam pos.dabit,fiet pu.instrumentum hoc modo.

Instrumentum missionis in possessionem.

BRachius nuncius communis Bono. de mãdato talis iu.vel talium æstimatorum communis Bo. induxit Cor.in corpore pos.talis domus *positæ in tali loco*,intra tales confines sibi datæ,& adiudicatę *insolutum* ex secũdo decreto per sententiam ab eodem *latam scriptã ma*nu talis no.Et hæc dicta sufficiant de scripturis *proces*sus contra reum contumacem.

Præceptum factum debitori confesso.

DOminus talis iu.præcepit. An.ut det & soluat Cor. hinc ad 10.dies proximos.20.lib. bo. quas ex causa mutui se ipsi Cora.debere cõfessus est.& hoc cõtineri in pu.instrumento scripto manu talis no.Et si sint duo debitores dices; præcipit An. & Phi. & cuilibet eorum insolidum,uno soluere,tamen alius,uel alii liberentur, vt dent & soluant Cor.hinc ad sex menses, termino uoluntate partium prorogato. c. lib. quas ex tali causa seipsi Cor.debere per instrumentum scriptum manu talis no. confessi sunt; Diebus feriatis & feris omnino renunciantes.Aliud præceptum. Et si fiat præceptum ex dilatione iusiurandi ita scribes. Præcepit An. uidet, & soluat. Co.hinc ad 20. dies. 30. lib. bo. ex tali causa ꝑ dilationẽ iusiurandi ab iu.præstito.Et sic de sin.præceptis inferendo qui pręcepit terminum, & causam præcepti. ueruntamen no.quòd multa,& diuersa præcepta fiunt a iudicibus ex officio, utputa quòd aliquis præsentet ei tale quid,uel quòd aliquis nõ teneat in domo sua talẽ. Quæ quidem ita scribẽda sunt simpliciter,sicut iudex ea dixerit.Aliquãdo vero ad petitionẽ alicuius mãdat iudex, res aliquas poni in sequestrũ,quod quidẽ præceptũ scribi

bi pōt, sed pro maiori parte solet scribi sola relatio nuncij hoc modo, Brachius nuncius cōis Bon. retulit se, de mādato talis iu. ad petitionem Cor. sequestrasse penes Phi. vnum scrineum, vel tale quid, vel tot segetes, quas inuenit in tali campo, vel apud talem, & præcepisse ipsi Phi. vt res ipsas custodiat, & saluet, quousque placuerit iudici, vel vsque ad cognitam rationem.

Si ante tenutam veniat reus, & opponat contra præceptum,

ANt. excipiendo opponens contra p̄ceptum sibi factū a tali iu. de. c. li. soluendis Cor. scriptum manu talis no. dixit, & protestatus est, non esse contra eū ex dicto p̄cepto ꝓcedendum, eo q̄d est maior 25. ann. & sine curatoris auct. fuit dictum præceptum factum in iudicio cōtra eum, vel eo ꝙ est filiusf. & ipsum præceptum in iudicio sine patris au. receperit, vel eo quod fuerit eum non conuictum, & nō confessum, & sic de singulis causis, quarum prætextu dicit procedendum non esse. Cæterum nota, ꝙ dabitur ei terminus ad probādum exceptiones, post terminum vero pronunciabitur hoc modo.

Pronunciatio vtrum post exceptionem procedendum sit, an non contra reum.

QVoniā An. corā me tali iu. exceptionē opposuit in hūc modū. An. excipiēdo opponens, &c. vt supra ponēs exceptionē totam, qua posita, ita cōtinuabis. Et hāc exceptionē ipsi An. legitime probauit, iō ego dictus iudex pronūcio nō esse ex dicto præcepto contra d. An. procedendū. Vel sic. Et hāc exceptionē ipsi An. legitimè non probauit, icciirco habito suꝑ hoc cōsilio sapiētis pronuncio contra eū esse ex dicto p̄cepto, non obstante dicta exceptione, legitimè procedendum, & illud præceptum esse executioni mandandum. Vnde nota, ꝙ pronunciatione facta de procedendo, vel dabitur in tenuta in bonis rei quam scribes, vt supra habes de tenutis, hoc mutato, quod in hac tenuta dices exequēdo præceptum factum à tali iud. vel dabitur reo bannum hoc modo.

Bannum datum reo ex causa debiti.

ANt.quia non soluit ad terminum Cor.c.lib.bo.in q-bus tenetur ei causa mutui per instr̃m,vel *præceptũ* scriptum manu talis no.& quia legitimè secundum *for*mam statuti citatus, & cridatus fuit, & non venit ipse, nec alij pro eo, iccirco ex nunc sit in banno communis Bo. in quo cridatus fuit de mandato talis iudicis per Viuianum præconem communis,die tali,&c.

De criminalis iudicij scripturis, & primo Forma libelli accusationis.

ANt.die 3 intrãte Maio accusat Co.quem *dicit* *insul*tum fecisse cõtra eum,& euaginato gladio percussisse eum cum ipso gladio in capite,& grauiter vulnerasse. Vel sic.Quem dicit cõmiscuisse cum bo.eius filia.Vel sic. Quem dicit verba iniuriosa sibi dixisse, dicendo,ꝙ erat latro,& leno.Et hoc fuisse tp̃e regiminis dñi M.po. bon. de mense Maij sub porticum domus Phi. Vñ petit eũ puniri scd̃m formam iuris,& statutorum, & bonum regimẽ.Post,& si accusatus veniẽs accusatorem suum reconuenire uoluerit,dicet ita Cor. iuratus reconueniendo accusat An.quem dicit,&c.ita ꝙ libello accusationis oblato p̃stabit accusatori sacr̃m calumniæ,qđ sibi computabit,vt supra habes in ru.de ordine accusationis. Quo sacramento facto exemplabis accusationem in quaterno, & addes post nomen accusatoris hanc dictionẽ iuratus, hoc mõ. An.iuratus accusat Cor.&c.Deinde p̃stabit accusator securitatem de prosequenda accusatione,hoc modo,insuper prædictus An.promisit mihi not.stip.vice,& nomine cõis bo. accusatione prosequi supradictam sub pœna,& banno 20.sol.bo. Et si fideiussorem dederit, dices. Et ipsius Ant.precibus Phi. de his extitit fideiussor. Sub eadem pœna,post hoc citabit accusatus, & si non venerit,cridabit eius defensio,cuius citationis, & cridationis formam supra habes de citationibus,& relationibus nunciorum. Nota, quòd si fiet denunciatio ab aliquo

custo-

custode, uel alio officiali, tunc ille non iurabit, sc simpliciter dicitur. Talis custos nocturnus, uel saltuarius ex officio sua denuncianti, se inuenisse talem post sonum tertium campanę de nocte. Vel tot pecudes dantes damnum in tali campo posito, &c. Item no quod si accusator, uel accusatus est filius familias, debet in iudicio esse cum patris consensu, qui scribitur hoc modo. Dominus Boetius pater. Ant. super iudicio accusationis faciendę ab Anto. eius filio de Cora. & etiam reconuentionis. Si idem Anto. fuerit reconuentus, ipsi Ant. eius filio agendi, & reconueniendi consensit. Et iste consensus fieri debet antequam iuretur. Et hoc consensu facto, dices postea in accusatione Ant. de consensu patris sui iuratus accusat Cor. &c. Et eodem modo scribetur pro accusatio filio familias.

Si accusatus, uel eius defensor non uenerit, bannietur hoc modo.

COr. credo. fi. q. Titij de tali cõtrata accusatus ab An. fi. q. Boetij de tali terra vel cõtrata fecisse insultũ in ipsum An. & euaginato gladio percussisse eũ, &c. Ponendo tenorem accusationis. Quo posito dices, quia legitime citatus fuit de tertia intrãte Maio per Brachium nuncium communis bono. ut ipso die occasione accusationis factę coram me tali iudice compareat. Item alia uice citatus die quarto intrante Maio per Martinum nũcium eiusdem communis, ut eadem occasione coram eodem iudice ipso die ueniret. Insuper & quia die quinto intrare Maio fuit per Petrum nuncium communis bono. de ipsius iudicis mandato in contrata ipsius Cora. in parochia sanctę Lucię pręsentibus Phili. & Andrea testibus ad hoc adhibitis, & uocatis pręconia uoce pu. proclamauit, siquis ipsum Corad. defendere vellet super accusatione prędicta, deinde ad tertium diem coram ipso iudice compareret, & non uenit ipse Cora. nec alius pro eo ad eius defensionem. Iccirco nisi ipse Cor. aut altera pro eo hinc ad octauum diem uenerit, stare, & obedire mandatis potestatis, uel dicti iu. ex nunc sit in

banno cõis Bo. pro maleficio supradicto, de quo banno exire non possit scd̄m formam statuti cõis bo. nisi solue rit ipsi Co.c.lib.bo.& se concordauerit cum An.supradicto, in quo q̃dem banno cridatus fuit de mandato dicti po.p Viuianum praeconem dicti cõis in consilio spāli,& gñali dicti cõis in palatio campanarum sonitum more solito congregato 25.die exeunte Maio. Nota tñ, quod qñ banno cancellatur, debet inseri causa cancellationis, & cuius mandato, quae fit hoc modo. Ego R. imperiali auctoritate No.& nunc cõis Bo. ad officium bānitorum cõis, nomen & bannum infrascripti Cora. cancellaui de mandato domini Pet.iudicis, & domini Io.militis praesidentium officio bannitorum exequentium consilio sa pientum.f.dominorum talium, cuius consilij tenor talis est, ponendo totum consilij tenorem, quo posito dices. Et quia etiam dictus Co. soluti dicto An. pro communi bo.recipienti tres sol.pro banno. Sub anno domini,&c. praesenti,&c.

Siquis obtulerit se ad defensionem alicuius accusati in crimine, quod exigat poenam pecuniariam.

SVper accusatione p̄dicta facta ab An.de Co.Phi.ad ipsius Cor.defensionem veniēs,& se offerēs,p̄mittit mihi R.no.sti. & recipienti vice & noīe cõis B.ipsum Co. defendere,& nihil in doli defensione committere, & si idē Co. occasione praedictae accusationis fuerit cōdemnatus, ipsam condemnationem soluere, vel ipsius p̄sonā repraesentare. Sub pena,& banno c.lib.bo.& pluris arbitrio pote.Insuper ante ipsius Phi.precib. se principalem constituens promisit mihi no.sti.vt dictum est, se facturum & curaturum, qd̄ p̄dictus Phi.praedicta omnia & sin.faciet, attendet & obseruabit. Alioquin idem An. de suo ea faciet,& obseruabit sub poena,& banno c.lib.& pluris arbitrio pote. Renuncians nouae constitutioni de fideiuf. & oī alio auxilio. Verumtamen no. quod haec q̃ dicta sunt de banno, vel defensore recipiendo locū habent, quando personaliter non comparet accusatus, sed si personaliter

veniat,

ueniat, incontinenti præstabit sacr̄m secundum formā, quę docetur supra in rub. de ordine accusationis, quo sacramento præcipitur ei securitatem præstare, quod præceptum scribetur hoc modo. Prçceptum factum de securitate præstanda, Post iuramentum a Cor. super accusatione prædicta de eo facta præstitum præcepit dominus talis iudex ipsi Co. hinc ad tertium diem faciet, vel præstet bonam securitatem c. lib. bo.

Securitas data ab accusato.

Coradus promisit mihi no. vice, & noīe cōis bo. recipienti, quod si occasione prædictę accusationis fuerit condemnatus, cōdemnationem ipsam soluet sub pœna & banno c. lib. bo. & pluris arbitrio potestatis, insup. Phi. ipsius Cor. precibus promisit mihi no. recipienti, vt dictum est, ꝙ si dictus Cor. condemnationē eandē nō soluet, soluere ipse de suo, siue ei usdē Cor. personam repre sentabit. Sub pena, vt supra. Renuncians nouæ constitutioni de fideiusſ. & omni alij. Sed not. qđ aliqn̄ ex officio pote. vel iudicis præcipit alicuius securitas & iuratores, qđ si scribi consueuit, Cor. ante præsentiam dn̄i R. pot. bo. constitutus, cum idem potestas præcepisset eidem, vt suis iuraret obedire mandatis, & parere promisit mihi no. vice, & nomine cōis bo. stip. & corporaliter iurauit ꝑ sancta Dei euang. parere, & obedire omnib. mandatis, quæ potestas ei per se, vel alium nuncium fecerit in persona, vel rebus. Sub pœna & banno l. li. & pluris, &c.

Promissio fideiussoris.

Cum autem ipse potestas incōtinēti præcepisset eidem, qđ duos iuratores, & fideiusſ. sibi cōsignaret, ad ipsius Cor. preces dominus Pe. & dominus Ma. promiserunt se unusquisque insolidum, obligando mihi not. stipu. vt dictum est, & corporaliter iurauerunt, se facturos, & curaturos, quod dictus Co. præcepta quęcunq; sibi fecerit potestas in persona vel reb. attendet, & obseruabit, alioquin ipsi de suo obseruabunt, & facient ea

Sub pœna & banno. l. lib. & pluris arbitrio,&c. Renunciáns nouarum constitutionum,& epistolæ Diui Adriani beneficio,omni alij auxilio.

Præceptum.

POst hoc igitur dictus pote.incontinenti dicto præcepit Cor.ad pœnam.l.lib.bo.ut hodie det massario cõmunis pignora manutenentia de.c.lib.bo.Vel q̃d faciat hoc,& hoc. Et præcepit fideius. sub pœna & banno eadẽ vt faciant & curent, & dictus Corad. prædicta pignora det ipsi massario dicto termino. *Alioquin debet ipsi de* suo,saluis reliquis præceptis, *quæ potestas tam ipsi Cor.* quàm dictis eius fideius.*duxerit facienda. Et hæc omnia* præceperit potestas ea occasione, qua *dicitur ipsum* Co. dixisse verba iniuriosa tali homini coram eo, uel fecisse tale quid. Vnde ipse potestas incontinenti statuit terminum.v. dierum d. Co. ad probandum quicquid vult, ad suam defensionem super ipso facto.

Si crimen fuerit,quod exigat personalem detentionem,ita scribes.

COradus occasione accusationis de se factæ ab An. ex causa homicidij,quod dicitur perpetratũ in personam Martini personaliter detentus, & traditus fuit,& depositus a tali iudice manibus,& custodia.vi. & B.nunciorũ cõis,qui ibidẽ eundẽ receperunt diligenter custodiendũ,& saluãdum,& ipsi iudici, uel potestati restituẽdum uel præsentandum quoties fuerit petitum ab eis usq; negocium per condemnationem,vel absolutionem fuerit diffinitum.Sub pœna & banno arbitrio potesta.

Confessio uel negatio accusati.

COradus lecta sibi seriatim accusatione p̃dicta sub sacramento ab eo pręstito omnia,quæ in accusatione continentur,ipsa negauit uel confessus est, uel dixit hoc & hoc.Et sic scribes quæcunque dixerit. Et nota, q̃d aliquando solet recipi confessio ab aliquo non ex accusatione, uel denunciatione, sed ut sciatur ueritas alicuius facti ab eo, uel uobis ab alio perpetrati. Quæ quidem recipitur sub hac forma. Corad. iurauit,

præ-

precepto potestatis,& de ueritate, qui sua confessione dixit hoc & hoc.

Confessio facta super inquisitione per tormentorum acerbitatem.

CОradus detentus occasione homicidij, quod dicitur perpetratum in personā Mar.iuramēto ab eo prestito de ueritate dicenda, sua confessione dixit, se non occidisse Mar. nec scit quis occiderit. Deinde faciendę sunt ei interrogationes, quę uidebuntur iudi. super hoc. Et si ipse uidebitur responsione sua uacillare, uel suspectus esse subijcitur quæstionibus, & tormentis. Quæ subsequēter ita scribetur. Qui Cora. positus ad tormentum, eo in tormento existente, interrogatus est quis Mat. occidit, & confessus est, quod ipse dictum Ma. occidit die tali, in tali loco, & depositus de tormento post interuallum in eadem confessione perseuerans dixit, quod ipsum Ma. occidit, uel sic. Et depositus de tormento post interuallum negauit se dictum Mar. occidisse, & dixit se nescire quis eum occiderit. Et sic scribenda est specialiter confessio, quam facit depositus de tormento, quia illi confessioni adhibetur fides, non ei quam in tormento facit. *Et not.* quod non debet iudex quærere, fecisti tu tale homicidium, uel fecit Ioannes tale homicidium, uel tale delictum, sed generaliter interrogandus est. Quis commisit tale homicidium, uel fecit tale delictum.

Forma absolutionis.

COradus accusatus ab An. fecisse insultum in ipsum An. & euaginato gladio percussisse eum in capite, quia de hoc nihil aduersus ipsum Cor. probatum est, iō absolutus est, uel ideo talis potestas eum absoluit.

Forma condemnationis.

COradus accusatus ab An. quod uerba iniuriosa cōtra eū dixit, uidelicet quod erat latro & leno, quia hoc plene ꝓbatum est, iccirco dn̄s talis pace ipsum Co. in x. lib. bo. cōdemnauit. Et si nō fuit accusatio uel denūciatio facta, sed fuit inquisitio per officium, uel aliquod crimen pu. & notū, super quo cōdemnatio fiat, ita dices.

Quo-

Qm̃ Co. in præsentia talis dñi po. bon. cum ageret q̃dam qõ inter ipsum An. quæ coram dño po. dicto, dixit dicto An. verba contumeliosa, & iniuriosa, dicendo, *quod ipse* mentiebat̃ per os, & quod adhuc uendicaret *se de eo,* & hoc non solum ex auditu p̃sẽtis, uerum ẽt per *eos, qui* ibi pñtes erant, quorum testimonia super hoc in scriptis redacta sunt, plene probatum est, & qm̃. *res* erat mali exempli dicere dedecus coram d. *A.* & *rectore suo,* iccirco dñs Mat. po. bo. ipsum Cor. *in l. lib. bo.* condemnauit mitigata pœna ei p̃p *paupertatem, uel* p̃p *simplicitatem* eius. Sed si fiat condemnatio *in persona pro crimine,* quod exigat pœnam sanguinis, ita *dices.* Qm̃ *G.* de tali loco insultum fecit de tali mense proximè *trãsacto* Marco cum una lancia, & percussit eum cum ipsa *lancia* in pectore, ex qua percussione ipse Mar. cecidit mortuus incontinenti, & hoc per confessionem ipsius G. plene p̃batum est. iccirco dominus talis po. bon. ipsum Gilium, ut abscindatur ei caput, ita quod moriatur, condemnat. Igitur no. quod in qualibet condemnatione facienda est mentio negotij, seu malefi. ex quo sequatur ipsa cõdemnatio, ut ex prædictis apparet.

Forma mulctæ.

QVia Cora. citatus fuit, & inuentus per Bra. nunciũ cõis Bo. & eidem p̃ceptum extitit ab ipso nũcio ex parte p̃sẽtis ad pœnam x. li. die tertio intrãte Maio. vt ipse die coram eodem põt, veniret occasione talis negocij, & venire contempsit, ideo dictus po. Co. nisi hinc ad talẽ diẽ veniret, & staret mãdatis eius puniendo mulctat, & mulctãdo punit in x. lib. bo. igit̃ quamuis ex diuersis ciuitatũ, & locorũ statutis diuersa officia, ordinari, quorũ officiorũ scripturas ponere iuxta humanam inuẽtionem impossibile foret. Hæc tñ, q̃ in hoc ope descripta sunt circa ciuilia & criminalia iudicia sufficiant prænotata, quæ si quisq; perfecte tabellio sciuerit, cætera quorumcunque officiorum sibi comminisci, nisi cor lapideum habeat plena erunt. Verum qm̃ quædam specialiter

cialiter

cialiter occurrunt scripturæ ea forma statutorum cõis bo.de notarijs bo.perutiles & necessariæ uehementer, ut puta priuilegia septuagenariorum, & debi. & interdictiones prodigi, & licentia represaliorum, iccirco de illis succinctæ, & breuiter est uidendum.

Priuilegium pro septuagenarijs.

ANt. ante pñtiam talis iudicis constitutus septuagenarium se asserens petit sibi priuilegiũ ex forma statuti bo. senib. huius tpis debitum exhiberi. Igiĩ cum ex aspectu appareat ipsum An.in dierum longitudinẽ processisse, & quia corporaliter iurauit per sancta Dei euãg. se habere septuaginta annos, vel vltra, idem iudex ipsi An.vt ex nunc a personalib. onerib. sit exemptus, & vt in omnibus, & per omnia septuagenariorum priuilegio gaudeat suam, & communis bo. auct. concessit.

Notula.

SEd no.qđ debilitas priuilegiũ in seruitio cõis bo.cõcediĩ isto ordine. Offert.n.debilitatis petitionem suã iudici hoc modo. Postulata uobis dñe tali iudice An.bo. ꝙ cum ipse pro seruitio & honore cõis bo. in prælio debellationis Regis Henrici missus a cõis bo. Et ab ipso rege fuerit in dextra manu grauiter uulneratus ex quo uulnere ita debilitatus in membro prædicto, ꝙ eiusdem solita est uirtute priuatus, non sede eo iurare potest pro nuncio cum gaudere priuilegio, quod ex forma statuti communis bo.debilitatis in eius seruitio debitum & cõcessum est, uidelicet eum ex nũc immunis esse a pu.functionibus, & illa possit habere. s.eum esse supra guardiã noctis, uel custodiam uel nuncium communis quæ ex forma statuti communis bono. eisdem debilitatis conceditur. Qua petitione oblata producet ille. Ant. testes, qui uiderint eum in ipso prælio uulneratum, & etiam producet testes medicos, qui dicant eum debilitatum esse dicto membro, ex ipso uulnere, deinde

habito

habito consilio pronunciauit iudex hoc modo. In nomine patris & filij & spiritus sancti amē. Ego talis iudex cognitor petitionis factæ ab An. in hunc modum. Postulat a uobis domine talis pot. Anto. Boetij, &c. *Ponendo* totum tenorem petitionis, quo posito, ita dices. *Viso* nā que dicto statuto, & testib. ab ipso An. productis, habitoque super his consilio sapientis, cum deliberatione solē ni, Dei nomine inuocato, iuxta formam eius statuti pronuncio ipsum An. ex nunc immunem & exemptum esse pu. factionibus communis Bo. Et possit *habere illa* officia, quæ debilitatis secundum formam *eiusdem statutis* conceduntur. f. ut super guardiam *uel custodiam noctis*, aut esse nuncium communis, & in *omnibus gaudere pri* uilegio, quod ex ipso statuto debilitatis conceditur, & debetur, ipso Anto. & procuratoribus communis bon. præsentibus ad hanc pronunciationem audiendam.

Interdictio bonorum prodigi.

INterdicitur enim bonis prodigi hoc ordine, aliquis enim, amicorum petitionem iudici hoc modo producit. Postulat a uobis domine tali iudice An. Bon. bonis Phi. interdici pu. faciatis, & quod nullius mutuet ei, aut pignori det siue alio quocunque modo contrahat cū eo, cum ipse sit prodigus ludendo, & per tabernas uiuendo, & in malos usus suam pecuniā consumendo. Deinde producit testes, quib. probabit qualiter ipse Philipp. & male substantia sua utatur. Et super his habebitur consilium alicuius sapientis. Quod pronunciabitur, ut dictum est sub rub. Pronunciatio consilij super incidēti quæstione. Et hac pronunciatione facta subsequenter faciat iudex præconizari per ciuitatem hoc modo. Viuiamus, & Ste. & Io. & Mar. præcones communis bon. retulerunt, se de mandato d. S. iudicis domini R. pote. Bo. exequendo pronunciationem ab ipso iudice latam pręconia uoce publice per triuia ciuitatis Bo. interdixisse bonis Phi. proclamando, quòd nullus ex nunc mutuet, aut pignori det ei siue alio quocunque modo contrahat cum eo, cū pronunciatum sit eum prodigum esse, & male uti substā

tia sua,& si quid contra hoc sit,irritum sit,& cassum, & omni iure priuatum.

Ordo & forma represaliarum.

COntingit aliquem Bo. ciuem in iurisdõne alicuius ciui. vel loci deprædatum esse. Vel aliqđ debet reci pere a cõi ipsius ciuitatis,vel ab aliquo eius ciui. Et quia non fit ei debita iustitia a cõi ipsius ciui.ponit querimo niam coram suo cõi ciui.bo.Vnde bo.Rector per litteras suas aliquando ambasciatores iuxta formam statuti sui requirit,& rogat illud commune,ut satisfaciat,vel satisfieri faciat ciui.suo,ꝙ si non fit, tunc ciuis Bo. meretur sñiam,& licentiam a cõi bo. satisfaciendi sibi super bonis hominum illius terræ,vsque ad quantitatem sibi debitam,cuius sententiæ forma hæc est.

Sententia super represalijs facta.

CVm An.bo.ciuis ꝑ districtum Rauẽnæ transitũ faciens,fuisset in eodem districtu talib.mercationib. suis,vel tãta quantitate pecuniæ deprædatus, vel sic. Cũ An.a cõi Rauennæ,vel a dño P.ciue Rauen.tantam quãtitatem pecuniæ ex tali causa recipere, & habere deberet,& diceret post multam instantiam, nullum ab ipso cõi se hře instrm potuisse.Cum itaque a cõi bo.querimo niam & petitionem ipsius An.recepta fecerit cõe Rauen næ,per plures litteras,& nuncios,& tandem ꝑ ambascia tores communis bo.solenniter & diligenter requiri, vt ipsi An.prædictas mercationes,aut pecuniam restituere, vel restitui faceret,omnino cõtempsit.Vel sic,vt ipsi An. dictum P.cogeret ipsam pecuniæ quantitatem exsoluere. Vel debito cursu contra ipsum P. iustitiam facere omnino contempsit. Iccirco nos.R.po.bo. habita plena fide tam per testes & pu.instrumenta,quàm nunciorum & ambasciatorũ relationes, hæc omnia vera esse, & visis testibus,quibus ipse An. plene probauit se deprædatum fuisse in districtu Rauennæ prædictæ pecuniæ quantitate,vel talibus mercatoribus valentibus c.lib.& damnum quòd ea occasione sustinuit tantundem esse.Et visa forma statuti communis Bo.suꝑ represalijs edita, qua for-

matam

ma tam in requirēdo dicto cōi bo. in oīb. quæ circa hoc fieri debuerunt, solemniter, & diligenter conseruata cū deliberatione solemni. Dei noīe inuocato, de nostra, & cōis bo.ac.& de voluntate consilij eiusdem cōis damus, & concedimus d.An.plenam & liberam ptātem, licētiā, & auc.capiendi, sequestrandi, detinendi, & sibi accipiendi de mercationibus, rebus, & bonis communis hoīum ciuitatis & districtus episcopatus Rauennæ vbicunque inuenerit, in ciuitate, districtu vel episcopatu bo. usque ad quantitatem 100.li.bo.pro satisfactione rerum, quæ sibi in districtu vel Rauennæ ablatæ fuerunt, & damnorum, & expensarum, ac interesse sui.

Tertia pars capituli iudiciorum super epistolis in officijs opportunis.

IGitur postquam primo loco de notulis, & rationibus iudiciorum. Et secūdo loco qualiter ipsorum iudiciorum acta scribuntur, vt superius dictum est. Restat nunc tertio epistolas quasdam scribere tabellionibus in officijs necessarijs valde.

Litteræ citationis coram iudice ecclesiastico ordinario.

IAcobus permissione diuina.B.epātus presbyt. Ioan.capellano ecclesiæ S. M.de orzano salutem in dño. præsentium tenore auct. præcipiendo mādamus, quatenus die tali venias coram nobis dño Ia. in iure responsurus, alioqn contra te procedemus prout exigit ordo iuris.

Litteræ citationis coram iud. delegato.

PHilippus archidiac.Bo.executor litterarum domini Papæ, prouido bono viro Cor. salutem in domino Noueritis nos summo Pont. recepisse litteras. Sub hac forma. Alexander episcopus seruus seruorum Dei, &c. ponēdo totū litterarū tenorem, quo posito ita dices. Volentes igitur mandatum apostolicum exequi reuerēter, tibi qua fungimur auc. mandamus quatenus parte, vel idoneum rñsalem octauo die post receptionem pñtium quē terminū tibi ꝓ duobus, editis, & pro tertio peremptorio

ptorio assignamus apud canonicã S. Petri nostro conspe ctui repræsentes d. An. in iure respõsurus, alioquin procedemus in causa, prout exiget ordo iuris. quod si prædictus terminus caderet in diẽ feriatam, sequentem diem non feriatam tibi peremptorio termino assignamus.

Litteræ citationis coram iu. subdelegato.

PHilippus Bo. atc. prouido viro co. salutẽ in dño. noueritis. d. Hẽricũ a sũmo põ. recepisse litteras in hunc modũ Alex. &c. Ponendo totũ litterarũ tenorẽ cõmissionis in delegatũ. Cum igitur ipse dñs Henricus nobis totaliter cõmiserit uices suas, & eiusdem cõmissionis pu. instrumento euidentius cõtinetur. Vult sic nobis suis litteris commissarii vices suas, tibi qua fungimur auct. mãdamus, quatenus. 8. die. &c. ut supra.

Litteræ quibus mandatur contumax excommunicari.

PHili. Bo. archi. executor literarũ dñi Papæ, discreto uiro archipresbytero plebis de pastino salutẽ in domino. Cum auc. nobis a domino Papa cõmissa, Cor. de tali loco corã nobis litteris nostris citari fecimus, idẽ Co. mandato nostro deducto penitus in contẽptu, certo termino assignato sibi uenire neglexerit, propterea quod ipsum contumacẽ eius exigente malitia reputãtes decreuimus eũ excõicationi snię subiacere. quo circa idẽ Co. cõmodũ de sua cõtumacia reportaret, Quia nihil humanitas prodesse videretur humilibus, si contẽptus cõtumacib. nõ obesset. Discretioni tuę qua fungimur auct. sub excõicationis pęna præcipiẽdo mandamus, quatenus ipsum Co. sin. dieb. dominicis & festiuis, cãpanis pulsatis, & cãdelis extinctis denunties, corã populo excõicationis uinculo innodatũ, donec suę culpę inobediẽtiã recognoscat. Et de prædic. cõtumacia satisfecerit, vt tenetur. Si aũt mãdatũ nostrũ neglexeris, ꝙ non credimus, adimplere, te his scriptis excõicationis uinculo innodamus.

Litteræ commissionis factæ a delegato in subdelegatum.

HEnricus miseratione diuina himolensis eps discreto uiro

to uiro domino Phi.archidia. bo.salutē in domino. Noueritis me a domino Papa recepisse litteras sub hac forma. Alexander, &c. Cum igitur uariis & diuersis negociis impediti cognitioni & decisioni ipsius causæ *intendere* non possumus, tua prudentia & solicitudine *plurimum* confidentes, super ipsius causæ cognitione ac decisione tenore præsentium tibi integraliter committimus uices nostras. In cuius testimonium *præsentes* litteras nostri appen. sigillis fecimus roborari. Et no. quòd aliquādo committitur sola causę cognitio usque ad diffinitiuam sententiam, quam delegatus sibi reseruat, & tunc dices super ipsius causę *cognitionem usque* ad sententiam diffinitiuam exclusiue tenore *præsentium tibi* committimus uices nostras eadem in nobis *diffinitiua* sententia reseruata. Item no. quòd huiusmodi *commissio*, uel subdelegtaio aliquando fit per pu. instrumentū, quod ex forma prædicta satis leuiter sumi potest.

Litteræ dimissoriæ, quæ appellantur apostoli.

SAnctissimo patri & domino Alex. sacrosanctæ Romanæ ecclesię summo Pō. Phi. bo. Archi. se ipsum ad pedum oscula beatorū, a sanctitate tua recepi litteras in hunc modum. A. &c. Cum igitur ad executionē mādati uestri humiliter & deuote procedens partes easdem coram me legitime fecerim uocari. Item Anto. in causæ processum sub hac forma ad uestram audientiam appellauit, coram uobis domine Phi. &c. ponendo appellationis formam. Verū santissimæ pater communicato consilio sapientum ipsi appellationi non duxi aliquatenus deferendum, nec ipsum An. ab examine mei iudicii reuocaui, præcepi tamen, ut usque ad 30. dies cum his litteris uestro se conspectui p̄sentaret. In cuius rei testimoniū præsentes litteras ꝓprii sigilli munimine roboraui.

Litteræ ad extraneum iudicem, ut faciat aliquem de sua iurisditione recipere sacramentum calumniæ.

NObili & prudēti viro domino Phi. po. Mediolanēsi R. de villa pot. bo. salutē, & sinceræ dilationis affectum,

ctum, Andr. procurator Ant. cuius nostri super libello, quem præsentibus mittimus introclusum, cum Co. ciue nostro est litem sub domini Petri iudicis nostri examine contestatus, Verum quia ut lis sine suspicione procedat, necessarium est principalem personam præstare iuramentum calumniæ, dilectionem tuā amiciabiliter requirimus, & rogamus quatenus ab ipso An. super ipso libello secundum ordinem iuris iuramētum calumniæ recipi facientes receptionem eandem in pu. formam fidelis tabellionis manu redactam nobis, si complaceat per latorem præsentium transmittatis.

Litteræ ut dicta testium recipiantur coram iudice, de cuius iurisdictione sunt.

NObili uiro. P. mutino. R. pot. bo. salutem ad uotū, inter An. & Co. sub examine prudētis viri domini. M. as. nostri agitur causa quædam, in qua idē An. ad suæ intētionis probationē legitimam, quosdā ut asserit, ueſtræ iurisdictionis subditos testes habet, igitur ne iuris executio probationum defectu, uel occultatione pereat ueritatis. Prudentiam tuam intenta prece rogamus, quatenus citatis his, quos ipse An. uel eius procurator tibi duxerit nominādos iusiurandum eos subire cogas, ac super intentione præsentibus introclusa, ipsius iuramenti fide, ueritati testimonium perhibere ipsorum testimonia per fidelem tabellionem recepta, & in pu. formam redacta, & nullius partium cognitioni prodita nobis sub uestri sigilli secreto quam citius transmittentes.

Litteræ responsiue ad prædictas duas.

MVltæ probatę uirtutis domino. R. po. bo. po. Mutinensis sui regiminis felicem processum, & exitū cū salute. Precibus uestris hilari, & grato intēdentes affectus eos, quos An. ciuis uester producere uoluit, ad nostram citatos præsentiam, inferēdo testimonium super intentione transmissa, subire coegimus iusiurandum. Et ecce ipsorum attestationes, & dicta per fidelem recepta no. in forma pu. sub nostri impensione sigilli prudentiæ tuæ per ipsum Ant. latorem præsentium destinamus.

Litteræ requisitionis ab aliquo communi, ut satisfaciat deprædato suo ciui.

MAgnæ nobilitatis,& prudētiæ viro domino Petro pot.consilioq; & cōmuni Rauēnensi.R.po.Bo. salutē,& uotiuorum successum libertatem,potēti,& charo ciui nostro domino An.nuper tua fiducia per iurisdictionem uestrā,vbi non amplius quam in nostra suspicabatur,insidias transeunti,occurrerūt ei latrones in faciē, qui eum cum pecunia & rebus alijs quas habebat, fuerunt,prout ipsius amaræ querelę narratione didicimus, deprędati.Cū igitur enormitas hæc in eo loco contingerit.qui est sub manus uestræ cura regēdus dignum est, ut de manu uestra ipsius enormitatis condigna satisfactio requiratur,itaque dilectionem uestram amicabiliter requirimus, & instanti prece rogamus,quatenus eidem ciui nostro sit ablata , si complaceat expedite ac integre restitui faciatis,quod ipse digna restitutione contentus,si de casu doluit,de recuperatione lætetur, & nos uobis semper ad gratias,& gratiarū merita obligemur. Scientes pro certo, quòd si preces nostræ paterentur defectum,quod non credimus,in hac parte repulsa,licet inuite,coacti tñ ex speciali nostri regiminis iuramento prouidemus cōtra uestrates indēnitatibus ciuis nostri.

Vel de singulari requisitione, sed super alio casu. salutatione omissa.

VEnerat in ciuitatem uestram indubitabili fiducia cū mercationibus suis, & rebus dominus An. potens,& carissimus noster ciuis, sed uos prout ipsius narratione didicimus, ad cuiusdā uestri cōciuis petitionē, cui aduersus nos,& nostros repræsaliarū licentiā nō tulistis,mercationes,& res ipsas aucto.fecistis propria sequestrari.Verum cum uirtutis, & gratiæ sit,amicitiam sibi fidelem acquirere,graue tamen habitam conseruare sit, grauissimum recuperare amissam , & corruptam , & ex huiusmodi repræsalijs etiam inter communia vna dilatione coniuncta sæpe chiaritas refrigescit, & consurgit aliquando scintilla,quæ causam pullulat amaritudinis.

nis,& rancoris. Quare dilectionem ueſtram inſtanter re quirimus, & rogamus quatenus licentia contra nos ciui ueſtro exhibita non obſtante quam manifeſte credimus obtentam fuiſſe, tacita veritate uelitis mercationes, & res ipſas ipſi. d. A. libere relaxare, ne propter ea ui ſimul contra ueſtros ciues inſurgere compellamur, quod ex ſpeciali uinculo ſacramenti omittere non poſſemus.

Item requiſitio, ut fiat expedita iuſtitia.

VIr prudens dominus An. lator præſentiū ciuis noſter quoſdam habeat ciues ueſtros, ut ex pu. documentis apparet, in quadā ſumma pecuniæ debitores, ꝙ poſt ſolutionis duplū elapſum in terminū, & requiſitione inſtantē cōtra promiſſionis, & pacti fidē uſque adhuc ſoluere contempſerunt. Cum igitur rigori iuris plerunque ſi ęquitas præferenda, nec dicatur iuſtitiæ præiudicium fieri, ſi aliquando ſtricto iuris ordine prętermiſſo, dūmodo veritas facti non excedat in reddendo vnicuiq; quod ſuum eſt, curſu celeri prouidetur. Prouidentiam veſtram multis precibus exoramus, quatenus eoſdem dicti ciuis noſtri debitores, ſic expedito proceſſu, eidem ſatisfacere cōpeſcatis, ne ipſe dn̄s An. dictus per prolixas litis anguſtias quadā anfractus deſperatione reſileat, & omiſſo foro rei, proprium ſui actoris forum quaſi turbato iuris ordine ultimo remedio petere compellatur, ubi iam non ciuilis, ſed municipalis noſtri iuris ordine petito, ſua contra noſtrates in rem iudicatā, quam cito ſe facultas offerret, per tranſibit. & contingere forſitan, ſicut in conſimilibus moris eſt, quòd aliquis ex ueſtris, qui culpam non commiſerit, ferat pœnam.

Reſponſiua generaliter quibuslibet prædictarum trium.

DIuina mādat auctoritas, ꝙ proximū ſuū unuſquiſque diligat, ut ſeipſum, & nihil in obſeruātia charitatis in hoīe ultra petens. Cū igitur ciuitas & ciues noſtri ita reguntur, ſicut cęteri hominū legibus, & ſtatutis. Si eodem iuris, & æquitatis beneficio proſequitur hoīes cæteros, quo uos ipſos, & ſiquid uobis facimus, alijs impartimur. Iam nihil eſt, ꝙ diuina uel humana ratio plus

requirat, itaq; vt desit uobis oīs contra nos calumniādi materia. Ecce ciui uestro eodem ordine per omnia, quo regi vita nostra ꝑ ordinem offerimus rōnis, quemadmodum fieret vni ex potentiorib. terræ nostræ. Attendētes etiam, ꝙ quodcūque humanitatis, & gratiæ poterimus, iustitia tamen, & honestate seruata impartimur eidem.

Litteræ communes, vt arbitri eligantur pro quæstionibus repræsaliarum sedandis.

LIcet hostis humani gnīs nostræ sp inuideat charitati, influet, & suggerat, quantum pōt, ꝙ dulcedo dilectionis, quam inuicem iungimur, amarescat: nos tñ ꝗ eum cognoscimus hostem talem, ꝗ nisi volentem uincere pōt, debemus ei sincera, & integra resistere voluntate, ac amorem, ꝗ inter nos est, more solito seruare, nempe ꝗa scriptum est. Res est solliciti plena timoris amor. Dolentes itaque, qđ occasione repræsaliarum quarundam, vt vester ad nos, & noster ad vos consuetus accessus est quodammodo interdictus, ex quo mutuis priuamur obsequijs, & profectib. consuetis. Decreuimus; si prudētiæ complaceat vestræ, ꝙ, aliqui vtriusque ciuitatis prudentes viri arbitrij constituantur in medio, ꝙ causas repræsaliarum ipsarum ab ipsa radice discutiant, & perquirāt & reddendo vnicuique quod suum est, omnem diffiniāt qōnem, vt spretis discordijs vniuersis in pristinam pacē nostrum reducant statum. Itaque si hoc statueritis faciēdum, communem nobis locum rescribatis, & diem quo ijdem arbitri super his simul adsint.

Lit. quibus generaliter homines ad nundinas inuitantur.

NObilibus, & potentib. rectorib. & communis ciuitatum atque locorum, & ad quos pñtes litteræ peruenerint, amicis dilectisq; R. pot. bon. & cōmune ipsum salutem omni fęlicitate iocundam. Iuxta nostræ ciui. antiquam consuetudinem generales ad introitum mensis Maij celebrare nundinas disponentes vniuersos ad easdem volentes mercationum causa uenire. Exceptis illis, qui non sunt digni communione fidelium, videlicet latronibus, prædonibus, falsarijs, hę. & bānitis nostris, quo

rum

rum nolumus admixtione sedari, inuitandos duximus, & uocandos, oib.& sin.inuitatis plenã in personis, & rebus securitatẽ,& fiduciã. 15.dieb.ante principiũ, & totidem post finẽ, & toto tẽpore nundinarũ, nullis repręsalijs obstantib. quib. silentiũ imponimus, quasve inefficaces,& irritas intra dicta tẽpora decernimus concedentes. Vestram igitur dilectionem instanter requirimus, & precamur, quatenus per litteras uestras præconia uoce hoc pu.& notorium facientes, de huiusmodi uocatione latori præsentium fieri,& dari pu.instrumentum.

Litte.quibus Iu.rogatur,ut per res, & facultates bonorum condemnati sententiam exequatur.

PRudenti uiro domino Pe.nobilis uiri.d.R.Imolę po M.bo.potestatis ass.salutẽ ad uotũ.Vt diffinitiuã sententiã per An.aduersus Cor.super actione personali latã executioni secũdũ iuris ordinem de nostri aucto. officij mandaremus ipsius Co.bona iurisdictione nostra diligẽter exequi fecimus,& perquiri, sed nullis repertis ibidẽ pro certo dicimus in iurisdictione uestra ipsius Cor. aliqua bona fore.Cum igitur ad uos secundum iuris ordinem sit huiusmodi relatio facienda, prudentiam uestrã attente rogamus, quatenus eandem sñiam ad ipsius Anto. petitionem in mysterium iuris per res & facultates condemnati exequamini,sicut decet.

Lit.ut fur cum re furtiua captus remittatur.

POtens,& nobilis ciuis noster.d.Co. quẽdam seruientem ne quã habebat, qui dum exterius fidem domesticam ostenderet,gerens tamẽ interius latrocinii facinore corruptum noctis silentio cuiusdam domini sui equũ ferentem furtiue surripuit, fugiens cum ipso ad vestrã ut accepimus ciuitatem. Verum cum omnes ministri iustitiæ, & rectores videlicet ad populorũ deprimendam huiusmodi trangressorum nequitiam inuicem, quotiẽs opus est, in decus,& decorem iustitiæ, mutuis subministrare auxilijs teneatur. Prudentiam uestram instanter requirimus,& precamur, quòd ad inquirendum in iurisdictione uestra de fure prædicto latori præsentium ali-

quos ex uestris fideles solicitos, adiutatores nfos, & omnē super hoc necessarium auxilium impendētes, furē ipsum si reperiri contigerit, cū re furtiua captū ad nos sub fideli custodia, si complacet, remittatis, ut ubi deliquit, ibidem debitū secundū iuris ordinem recipiat talionē.

Litteræ quibus alicui potestas ipsius potestariæ electio nunciatur.

MVltæ probatæ fidei, eximiæ uirtutis domino Alemano delatore. R. de uilla pot. consilium, & commune bo. salutē & prosperos ad uota *successus. Licet in* altitudine libertatis naturaliter *conditio suspiret* huma na, quia tamē ut plurimum examine *rationis omisso in* præcipitium peruersę labitur uoluntatis, *datum est ui*ciis disciplinę restricta sub iugo domini obedientia *col*lū ponat, ut homo prętferatur hominibus ad motus *illi*citos locis iustitię refrenādos. Hinc est, quod hodie plus solito propter corruptas affectiones hominum, & inualescentes nequitias peruersorum, nihil potest unicuique populo esse beatius, nihil maius quam bono duce p̄uio bene duci Cum igitur huius rei sollicitudine multa pro uiderimus nostro regimini dignum præferre rectorem per uerbum solemnitatem, iuxta municipales obseruantias legis nostræ in uiros fidelissimos & prudentes electiones au. forte uenit, ꝙ (uirtuosos italiæ uiros, huiusmodi dignos officio prælaturæ sollicita examinatione quærentes,) tandem, consideratis uirtutibus, quas uobis affluenter adesse omnium dictat opinio celebris, & con. scilicet personam uestram a calendis Ianuarii proxime uenturi ad unum annum nobis, & ciuitati nostræ in potestatem Rec. & dominum electione concordi, & unanimi præfecerunt. Quapropter cum ex ipsa electione sit mirabiliter satisfactum affectionibus cordis nostri, eo quod scimus uos adeo uirum doctum, ut sciatis æqua libra iudicium impendere, ac in mensuram & uindictā latrociniorū uibrare gladium temperie, prudentiā & dominationem uestram instantissime multis precib. exoramus, quatenus regiminis nostri locū, & officium quod

uo-

vobis ea cordis affectione, qua nulla maior offerimus si placet cum salario duorum milium li.&cum illis conditionibus, quas tam ea in uobis in pu. formam per latorem præsentium mittimus, quā alia nostri communis statuta declarāt, hilariter & liberaliter admittatis sociari quatuor iudicibus,& duobus militibus,& duobus notarijs, viris duntaxat talibus, quorum fide ac prudentia honor vester gloriosus appareat. Venientes itaq; 15. diebus ante Kalendis Ianuarij vestram, & uestrorum in ciuitate nostra præsentiam habeamus. Itaque si assentiendum duxeris, vel non, uotis nostris, intra tertium diem post harum præsentationem responsum latori præsentium per instrumentum publicum certum detis.

Eiusdem tenoris litteræ sub breuiori forma.

QVoniam de manibus cuiusdā rectoris,& ducis totius sibi commissi populi pēdet salus, eo qđ uniuersa mēbrorum compago ex dispositione capitis informat̄, merito infra cæteras sollicitudines debet hoc esse, s. bonum sibi *præferre* Rectorem, in cuiuslibet communis pectore cura maior. Huius igitur desiderij feruore solliciti uiri prudentes electionis auctoritatem sortis euentus iuxta nostrorum statutorum continentiam acceperunt, consideratis uirtutibus, quib. celebris nominis uestri fama docente affluitis,& fulgetis, quæque uos omnium ducatum suscipere dignos reddunt. personam uestram a Kalendis Ianuarij proximi uēturi ad unum annum in nostrorum ptātem. Rectorem & dominum, consensu & uoluntate unanimi elegerunt. Quocirca ipsius nostri regiminis officiū nobilitati uestræ cū ea salarij q̄titate, ac alijs cōditionib. quas trāsmissas uobis,& ēt alia cōis nostri statuta declarant, totis cordium nostrorum affectionib. offerentes, prudentię uestræ instanter supplicamus, quatenus electionē oblatam, gratū officiū acceptantes, termino, quo innuunt statuta prędicta, his societatis iudicib. militibus,& nocturnis, quo ipsorū actus laudabiles uos honorēt, si cōplaceat, ueniatis.

Responsiua acceptationis admissionis regiminis.

NObili & sapiēti viro d.R.pot.a cōsilio,& cōis bo. Allamanus delatore salutē & totius felicitatis augmētum. Cum oēs homines æquales natura genuerit, non naturę vicio, sed animi deformitate processit, quod propter affectus & actus noxior iustitiæ limitibus coherceudos homo non hominum naturę, sed vicijs proferatur. Veruntamen ad hoc proculdubio tam præcellens officiū solus ille censetur idoneus solus dignus, qui subiectos preire sciat merito & virtute, illi enim regiminis, locus debet regendus offerri, cuius merita, loco congruant,& honori,& cuius numeri sub tanti non sint fasce ponderis imbecilles. Quia licet culmen regiminis adscribantur honori, habet tamen annexa oneris grauitatem & periculi. Verumtamen quoniam soli diuini sufficientia facit hominem in huiusmodi officio sufficiētem & dignū de nostra nequaquam confisi, sed in solius diuinæ humanitatis auxilio spem ponentes,& considerantes etiam, ꝙ nobilium prudentia, populi cōstantia, necnon omnium & singulorum ciuitatis Bonon. fides & merita nobis cū sollicitudinis nostræ onera pertinent,& reddent ea facili obedientia leuiora. Ecce inuocato nomine Iesu Christi, de nostro,& nostrorum amicorum beneplacito,& assensu regiminis uestri uobis oblatum onere, qui maiori totius fit alio viro & exaltationis,& glorię cedere in augmentum, iuxta vestram continentiam litterarum gaudēter & hilariter acceptamus. Itaq; auxiliante domino, termino quem vestra nobis præfixit epistola veniemus. Regiminis vtinam læto principio, felici progressu, & fine laudabili & honores & onera subituri.

Responsiuæ excusationis, & renunciationis potestariæ & regiminis.

CVm dignitas & officiū præfecturæ cęteros in hoc seculo cunctos pręcellat honores, non potest gens, populus,& ciuitas alicui viro exultationis & gloriæ prius conferre, quam ex propriæ uoluntatis arbitrio eum intra ceteros discernere eligere, ac sibi præpone dominum & rectorem & se suæ subijcere ptāti. Hoc nēpe signū cui di-

dictus est indubitabilis cõfidentię,ac intimæ dilectionis eligentis populi ad electum,hoc etiam in perpetuum cedit decorem,& decus nõ solum ipsi electo, sed etiam vniuersę imposterum stirpi eius. Talem igitur esse collatã nobis a dominatione uestra recognoscimus, & profitemur gratiam & honorem, eò magis excellentẽ ad vbera quo intra cætera mundi nostri regiminis locus maioris gloriæ culmen habet,de quo quidem tanto,& tali beneficio,& honore, licet dignas, & pares gratiarum nequaquam sufficiamus exoluere actiones,eas tamen quas uniuersæ nostri affectus & animi uires possunt,dominationi uestræ duximus referendas,pura & clara confessione, in uestri honoris titulum, cum gaudio profitentes nos & nostros pro tanti fore beneficij debito nobis ex nunc obligationis perpetuæ obnoxios debitores. Verum quãuis non solum in hoc tanti honoris uestri negocio,sed ẽt circa uniuersa obsequia commoda,& beneplacita uestra totos uos dare ac exponere summo desiderio fruamur, q̃a tñ in hac parte de oblatis assumptione officij vestris obedire mandatis grandis causæ obstaculo impedimur. Dominationi uestræ instantissimæ supplicamus pro dono gratiæ postulãtes,quatenus nobis velitis, quod regimen vestrum nõ admittimus indulgere.Certi, quod magna est excusatio, quam affectus nostri honorem obsequijs nostris præsentialiter subtrahit,& auertit.

Litteræ præcepti alicui populo subito, vt capitaneo sibi dato obediant.

RIzardus de villa pot.bo.prouidis iuris communi & hominibus castri,& curiæ Stagni salutẽ. De vestro salubri statu eo maiori cura solicito, quo uos intra cæteros nobis subdito, gratis prosequimur, gratia speciali dominum Co.virum vtiq. prudentem magnanimum & fidelem capitaneum nobis à sollecitudine nostra prouisum. ad uos pro uestri tuitione, ac fideli ducatu duximus deligendum. Cum igitur eidem domino Co.in nostri cõis honorẽ,& vestrum profectũ cõmiserimus in eodẽ officio gerere vices nostras pręsentium uobis auc. ad

pœnam

pœnam c.li.& plures nfæ iuxta arbitriũ uolũtatis districtæ tradimus in mãdatis,quatenus ipsi intẽdere ac fideliter obedire circa eundẽ officiũ timore,ac honore debito ꝓcuretis.Scientes,qđ imponendis bãnis,& mãdatorum suorum trãsgressorib.pœnis debitis puniendis, & omnibus fideliter faciendis,quæ sibi ad commissum officium spectabunt,eidem plenam concedimus potestatem.

Litteræ generales de securitate præstanda scolaribus ad studium venire volentibus.

RIzardus de villa pot.bo.Vniuersis iurisdõni bo.subiectis præsentes lr̃as inspecturis,&c. Salutem nostri spãli forma statuti nostri cõis ẽt debitum exigit æquitatis,vt eos,qui studiorum causa in nostra degerunt, vel degere ciuitate disponunt,speciali ꝓsequamur gratia, & fauore, ac eodẽ priuilegio quo cæteros ciues nostros sub alarum nostrarum regimine protegamus.Cum igit̃ prudenti viro dño Cor. de Bergamo in ciuitate nostra studere volenti,cum omnibus libris & rebus suis, dum venerit,moram traxerit, & discedet per totam iurisdõnem nostram nullis represalijs, vel alijs quibuscunque causis obstantibus plenam securitatem,fiduciam, & licẽtiam duximus cõcedendam,præsentium uobis auct.mãdamus,quatenus debeatis ipsum præuenire,ac prosequi honoribus,& fauoribus studeatis.

Litteræ,quibus mandatur, bannitos detineri.

RIzardus de Villa pot.Bo.prouidis viris Mas.& communi capitaneatus salutem.Ideo adijcit̃ pęna culpæ,vt vnius afflictio multorũ metus existat,& quos non attrahit amor iustitiæ, coherceat timor pœnæ. Et propterea de nostrorum statutorum forma contra bannitos nostros,& iussuum nostrorum temerarios contemptores pœnæ præcipuæ sunt inductæ, igitur ex sacramẽti vinculo quo tenemur statuta eadem exequentes,præsentium uobis auct.ad pęnam 25.lib. districtæ dedimus in mandatis,quatenus.Phi.& An. cohabitatores uestros nostri cõis bãnitos pro debito,l.lib. ad quod Cor.tenentur

tur personaliter capientes, detento, & captos ad nos sub fida custodia transmittatis, quod si capi nequeant, & haberi eosdẽ prosequamini toto posse ipsos in uestris finibus habitare nõ sinẽtes, quousq; satisfecerint, ut tenent.

Lit. quibus mandatur alicui, ut desistat, uel reuocet quod fecit, uel compareat in iure responsurus.

RIzardus de uilla potest. Bon. nobili uiro. d. Guil. de Bixentio sa. Mulier uidua & afflicta Maria Ioãnis coram nobis lacrimabiliter est conquesta, quòd eadẽ super quibusdam pos. & rebus suis indebite molestatis. Cum igitur simus in medio constituti, ut uiolentias reprimamus, & tam potẽtum quam pauperum inordinatos affectus & actus sub iuris debito refrenemus, præsentium uobis auct. districte pręcipiendo mandamus, quatenus decreto ab ipsius uiduæ molestia desistentes, quicquid in eius præiudicium actum est, in pristinum statum reducatis. Venientes, si quid iuris aduersus ipsam habetis, illud de manu nostra, & a nostro examine petituri. Vbi leonis ferocitas, & agni mansuetudo quantum ad effectum iustitiæ ambulant pari gradu.

Lit. quibus suspecto iudici interdicitur processus causæ.

RIzardus de villa pot. Bon. prouido uiro. d. Ia. iudici iurisdictionis Cassi salutem. Laurentius de Vercinis super causa, quam Io. de Banzis coram uobis mouet, uel mouere intendit eidem audientiam uestrã suspectã asserit se habere. Cum igitur periculosum, & tristes semper sortiantur euentus sub iu. litigare suspecto, pręsentium uobis auc. mandamus, quatenus ab eodem Lau. recusationis suæ recipientes libellum, ipsum respondere sub uobis in eodem litigio non cogatis, sed ad nostram præsentiam partem remittatis aduersam, ubi sine suspicionis anxietate in reddendo unicuique, quod est suum, non declinatur in dexteram uel sinistram.

Lit. quibus mandatur subiecto communi, ne iniurietur cuidam super collecta, uel ratione.

RIzardus de uilla po. Bo. prouidis uiris consulib. & cõi bre. sa. Eos qui priuilegiati sunt beneficio septuage-

ptuagenarijs debito & concesso cōis nostri spāle statutū a personalib: reddit factionib. liberos, & exemptos, ꝓuidē est, ꝙ cum Io. cohabitator vester lator pñtium priuilegiatus beneficio antedicto querimoniā proposuerit coram nobis, ꝙ super exactione collectæ occasione cuiusdam operæ impositæ contra legem sibi concessi priuilegij cū indebitè molestatis præsentium uobis auct. ad pęnam 25. lib. pręcipiēdo mādamus, quatenus vel ab ea desistatis oīno, vel super hoc habere credatis causam iustā, q̃a merita causarum huiusmodi partium assertione pādūntur, dic tali coram nobis personam, quæ vniuersitatis vestræ vicem gerat legitimam transmittatis.

Litteræ, quibus mittitur criminosus ad maiorem iudicem, habentem gladij potestatem.

MAgnæ nobilitatis & industrię viro. d. B. po. bo. B. pot. P. & iudex & R. no. iurisdōnis Cassi salutem & totius fęlicitatis augmētū. Depręhensum nouiter in furti facinore, ac alijs multis criminib. infamatum. M. Io. iuxta nobis ex officio nostro traditam potestatem, debita iuris solemniter seruata, vt ex ore ipsius proderet iudicium, quæstionibus subiecimus, & tormentis. Et ecce deductis omnibus in scripturam, quæ sua sponte de tormēto depositus est confessus, & quæ per solemnem inquisitionem habere potuimus contra eum ipsum Mar. cum actib. & scripturis inquisitionis prædictę per Bosium, & Phi. nūcios nostros ad vos, qui super iurisdōnem bo. merum habetis imperium, & gladij potestatem duximus transmittendum, vt ex nunc officij vestri procedat auct. prout prudentiæ vestræ suggerit ordo iuris.

DECIMVM CAP. INCIPIT DE EXEMPLIficationibus, & refectionibus scripturarum.

POSTQVAM, tres principales tabellionatus partes sunt in nouem præcedentibus cap. per Dei gratiam expletæ. Iam superest, vt de doctrina exemplificationū, & re-

& refectionum scripturarum, & processus contra instrumenta suspecta, & etiam comparationis litterarum hoc decimum cap. & vltimum intētionem perficiat, & claudat actoris, ideo autē huius decima in loco vltimo subinfertur, quia cum non sit de principalib. artis huius, est tamen quoddam plerunque circa omnia præcedētia opportunum. Et enim contractus, & iudiciorum, acta & vltimæ voluntates reficiuntur, & exemplantur, prout in subsequentibus ostendetur. Verum, vt huius cap. processum videas, illud esse tripartitum attende. Primo enim agitur qualiter aliena scriptura quælibet exempletur, & quod in exemplatione sit opus. Secundo quomodo scriptura propria exempletur, & qualiter reficiatur amissa. Tertio & vltimo, quomodo contra suspectum procedit, & falsum arguitur instrumentum, & qualiter fiat cōparatio litterarum.

Quid sit exemplar, & exemplum, & qualiter his adhibeatur fides.

EXemplar dicitur ipsa originalis scriptura, genus, videlicet ex quo generatur, & sumit exemplum. Quod quidem exemplar appellatur etiam originale, & auctenticum. Exemplum vero quod habetur inde, vel sumptū est ex scriptura exemplata, generata vel sumpta ex priori, siue originali scriptura. Vnde versus. Exemplar genus est, exemplum quod trahis inde. Vel sic. Exemplar generans, exemplum quòd generatur. Adhibeat autem fides soli pu. instrumēto originali, videlicet dummodo sine vituperatione appareat. i. sine abolitione, vel rasura, vel cancellatione, nisi probetur contrarium. i. nisi is, contra quem profertur, probet illud falsum. Quomodo vero instrumentum arguatur falsum, infra habetur sub rubrica. Quibus de causis redditur instrumentum suspectum. Exemplo vero non est adhibenda fides, vt possit quis aliquam exactionem cum ipso exemplo facere, nisi cum exemplo proferatur auctenticum, vel nisi alia sufficiens probatio adiungatur. Si quis in aliquo documen-

to alterius documenti faciat mentionem nulla ex hac memoria fiat exactio, nisi aliud documentum, cuius memoria in secundo est facta, proferatur, aut alia probatio quantitatis debitę exhibeatur. Hoc tamen uerum est, quòd exemplo non adhibetur fides, & quòd ex eo non potest fieri exactio, nisi cum insinuatione iudicis, & decreto & auctoritate interposita factum sit, sed fuerit illud exemplum præsentibus litteris, testibus tabellionibus, uidelicet se subscribentibus coram iu. auc. suam interponente auctenticum, auscultatum, & concors inuentum adhibetur ipsi exemplo fides pœna, & poterit ex eo exactio fieri. Verũtamen, quomodo fiat cum insinuatione, & quomodo fiat sine insinuatione, ex subsequentibus apparebit.

Quomodo aliena scriptura exemplatur.

CIrca exemplandam alienam scripturam talis est cõsideratio faciẽda, & distinctio adhibẽda, videlicet, quia scriptura illa aut extra iudiciũ in iudicio exẽplatur. Item si in iudicio considerandum est, vtrũ sint acta iudiciorũ, aut sit alia scriptura, de quibus oĩbus per ordinẽ est uidendum. Quando aliena scriptura extra iudicium exemplatur, duę solent cõcurrere rationes, vna videlicet, ut per exemplum habeatur memoria eorũ, quæ in auctẽtico continentur, & tunc incipies hoc modo. Hoc est exemplum cuiusdam instrumenti sic incipientis, vel cuius tenor talis est. Siue hoc est exemplum quarundam litterarum domini Papę quarum tenor talis est vel sic, hoc est exemplum cuiusdam scripturæ, quæ reperitur in quodam quaterno actuũ scriptorũ, siue q̃ scripta dicuntur manu talis no. sic intitulato, & pones titulum totum, si habuerit, quo posito dices, cuius scripturæ tenor talis est. Et subsequenter in eadem linea nullo uel modico interuallo relicto incipies, & per ordinem exemplabis, prout in auctentico inuenies usque ad vltimam litteram ponendo etiam si instrumentum est, nomen tabellionis illius, qui illud auctẽticum scripsit, licet tenea-

ris ponere signum eis. Demũ posito signo tuo te subscri bes hoc modo. Ego. R. q. Rodolfini florentini imperiali aucto. not. hoc instrumentum auctentice scriptum manu prędicti talis no. fideliter exemplaui, nihil addens vel minuens, quod sensum mutet, uel intellectum. Vel has litteras auctenticas bulla Papali plumbea pendenti munitas fideliter exemplaui nihil addens, &c. Vel prædictam scripturam ex prædicto quaterno sumpsi, & fideliter exemplaui nihil addens, &c. Et hic modus leuis est, & instrumentis non magni facti adhiberi solet, sed si volueris aliquid solenitatis plus addere, poteris istam tenere uiam, incipies enim & intitulabis exemplum, prout superius dictum est. Et subsequẽter per ordinem exemplabis, prout originali inuenies, eũ autem omnia scripta erunt, & etiam nomen tabellonis originalis præter signum eius, ꝙ nullo modo scribere teneris, habebis duos uel tres tabelliones, cum quibus diligenter auscultabis ipsum exemplum cum auctentico, & inuentum fuerit concordare, se subscribat unusquisque illorum tabellionum. posito signo suo hoc modo. Ego Ia. f. q. talis imperiali auc. no. hoc exemplum vna cum subscriptis. R. & Al. no. & auctenticum scriptum manu talis no. prædicti fideliter & diligenter auscultaui, & quia utrumque concordare inueni, me testem subscripsi, & alius tabellio se subscribet ita. Ego Al. imperiali auct. no. hoc exemplum una cum suprascripto Io. & infras. R. no. & auctenticum scriptum manu talis no. diligẽter, &c. ut supra proxime dictum est. Postremo autem tu tabellio qui exemplasti te, posito signo tuo, subscribes hoc modo. Ego. R. imperiali auc. no. hoc instrumẽtũ ab auctentico scriptum manu talis not. fideliter exemplaui, & postmodum cum prędictis Ia. & Al. no. diligenter auscultaui, & quia utrũq; concordare inueni, me testem subscripsi.

Notula.

NO. tñ, ꝙ prædicti duo modi nõ ꝑbent exẽplo plenã fidẽ, nec ex tali exẽplo põt exactio fieri, licet ad solã memoriã fiat. Secũda rõne exẽplantur scripturę nõ tñ vt habebãt memoria eorũ, quę in auctẽtico cõtinent, sed

etiam

etiam ut adhibeatur plena fides exemplo, & possit ex tali exemplo exactio fieri, & tunc talis est solemnitas obseruanda. inchoabis enim & intitulabis exẽplum secundum quod superius dictum est, & doctrinam vero prędictam intitulationis quorumlibet exẽplorum semper poteris imitari, & procedẽs per ordinem usq; ad vltimum, ut supradictum est. Quo facto adhibebis. 4. uel. 5. testes tabelliones, & ab ipsis insinuabitur iudici, ut coram eo legatur, & ausculte tur coram ipso iudice cum tabellionibus ipsis diligenter, & si concors inuentum fuerit, iudex ipse auc. imponet suã, quam. scribes *interuallo vnius* lineę post nomen tabellionis *originalis, relicto hoc modo*, in nomine domini amen, *anno &c. hoc exemplũ per* me Rolandinum not. subscriptum sumptũ ex *auctẽtico* scripto manu talis prędicti no. domino Sca. iu. & *a f. d. R. po*. bo. insinuatum fuit, & in eius præsentia per me *ipsum*. Ro. no & alios subscriptos no. diligenter cum auctẽtico auscultaui. Et cum iudex cognouerit illum cum illo austentico concordare, ut adhibeatur illi exẽplo decetero plena fides suam, & communis bo. auc. interposuit & decretum. Postmodũ, subsequenter se unusquisq; illorum tabellionum ita subscribat. Ego Iulianus imperiali auct. not. hoc exemptum una cum infrascripti. M. D. & Ia. & R. not. ab auctentico instrumento scriptum manu talis no. coram ipso iudice diligenter & fideliter auscultaui, & quia utrunq; concordare inueni, de ipsius iudicis mandato in eius exempli plenam fidem & testimonium me subscripsi. Et eodem modo cæteri se subscribent, in fine uero tabellio, qui exemplum scripsisti. pones nomen tuum hoc modo. Ego R. imperiali auct. no. hoc exemplum ex auctentico scripto manu ta. not. prędicti fideliter scripsi, postmodum in præsentia domini, Sca. iu. cum dictis tabellionibus Io. Ma. D. iu. diligenter cum ipso auctentico auscultaui de ipsius iu. mandato, & iu. eiusdem exempli fidem & testimonium me subscripsi. Sed not. quod aliquando præsertim in exemplis litterarum, adhibetur auct. domini episcopi, uel alterius auctenticæ personę. Quæ quidem persona in testimo-

nium

nium & fidem ipsius exēpli, facit illud de tuo sigillo muniri, & scribitur hoc modo in nomine dñi Anno, &c. hoc exemplum per me subscriptum. R. no. sumptum ex auctenticis litteris tali sigillo munitis, fuit in præsentia Venera. fratris Ia. Bo. episcopi a me ipso R. & alijs subscriptis no. diligenter cum auctenticis litteris auscultatum, & cum idem venerabilis pater uiderit illud cum ipsis auctenticis concordare in ipsius exempli plenam fidem, & testimonium suam au. interposuit, illudque sigilli sui appensione muniri iussit.

Notula.

CVm infra cætera hic non sit prætermittendum, ꝙ rogationes seu protoco tabellionis alicuius, qui decesserit exemplari, & in pu. formam redigi non pñt, nisi auc. p. uel cōmunis illius terræ, alicui tabellioni hoc præcipuè sit commissum, fiet auct. cōmissio ista forma.

Commissio.

CVm Dominicus. f. q. & hæres q. An. cōcesserit Pe. no. rogationes patris sui exemplandas, & in formam pu. reducendas ipso. P. hoc sibi a cōmuni bon. cōmitti cũ instãtia postulante, dñs R. de uilla po. de uoluntate consilij specialis & generalis cōmunis bo. campanarum sonitu in palatio eiusdem communis bo. more solito cōgregati, ipsi Pe. not. prædictas rogationes olim An. supradicti legitime ac fideliter exemplandas, & in formam auctenticam reducendas, iuxta tenorem infrascripti sacramenti sua, & communis bo. auct. commisit. Qui P. corporaliter iurauit ad sancta Dei euan. rogationes eas, uidelicet quæ cancellatæ non erunt, quotiens opus fuerit fideliter exemplare, & in pu. formam redigere, eas solummodo his, quorum intererit exhibēdo. Cancellatas uero pro cancellatis scribere, quando sic exegerit ius & casus, nihil addere, minuere, uel mutare, nisi quemadmodum in ipsis rogationibus scriptum inuenerit, & notatum, & in omnibus omni dolo, & fraude remota, debitam conseruare diligentiam, ita, quod tabellio, cui talis cōmissio facta faerit, rogationes fidei cōmissas, quando opus fuerit, exemplauit hoc modo.

SCribere enim rogationē de uerbo ad uerbum, prout eam in quaterno inuenerit nihil minuēdo, uel addē do, quo facto taliter se subscribat. Ego Pe. imperiali auctō. no. ex commissione mihi communi Bon. auct. facta, prout in rogatione cancellata, uel non cancellata olim An. no. inueni. ita fideliter per ordinē exemplum scripsi, & in pu. formam redegi. No. quòd si non fuerint in rogatione illa anni. d. uel dies, iniquirat tabellio in quaterno uel libro, si ibi fuerint antescripti, uel fuerit in aliqua præcedenti rogatione scriptus dies. Quod si inuenerit, posito signo, & nomine suo, & tota subscriptione prædicta, ut proprie dictum est, addent hoc. Quam quidem rogationem ipsam exēplauit ex quaterno, in cuius primo folio, uel secūdo, uel tertio erant subscripti anni domini hoc modo, scribendo annos domini, sicut inueni. In rogatione uero, quæ præcedebat, erat scriptus dies hoc modo Die quintodecimo, intrante Maio. Licet quidam principio instrumēti illos annos domini ponāt, quos proxime inueniunt præcedere rogationem ipsam, sicut facerent in proprijs rogationibus, quod quidem facere possunt. Sed prædictis uidetur mihi tutior modus, & minus posset ex eo offendi ueritas. Et hoc de scripturis alienus exēplandis extra iudiciū dicta sufficiant.

De alienis scripturis in iudicio exemplandis.

SI autem aliena scriptura in iudicio exēplatur, & fuerit illa scriptura acta pu. i. scriptura in iudicio facta, ut instrumēta procurationis, uel sindicatus aut tutelæ vel curę siue huiusmodi, debet, & potest illa exēplari cū die, & consule. i. cū anno domini, & nomine tabellionis per ordinem, quæ in eadē scriptura continentur, præmisso titulo hmōi. Hoc est exemplū cuiusdam instrumenti sic incipientis, uel cuius tenor talis est. Quo exemplato tabellio subscribat hoc modo. Ego R. imperiali auct. & nunc cōmunis bo. no. prædictum instrumentū de mādato talis iudicis auctenticū suprascriptū manu talis no.

prout

prout in eo inueni per ordinem fideliter exēplaui. Sed si fuerit alia scriptura quā acta pu. utputa scriptura priuata, sicut instrumentū emptiouis vel donationis, aut locationis uel simile, & petet aduersa pars in iudicio illud sibi exemplatum exhiberi, exemplabitur illud sine die, & consule. i. sine pu. instrumento. Non enim debet aduersa pars diem, & consulem exemplatum habere, nisi illud de falso argueret, igitur sine die, & consule exemplabitur hoc modo, hoc est exemplum cuiusdam instrumēti, cuius die. & consule pretermissis, tenor talis est, omissis annis. d. indict. & die loco, & testibns, & nomine tabellionis exemplabitur solus tenor. Et in fine taliter exēplans tabellio se subscribet. Ego R. imperiali auct. & nūc communis Bo. no. prædictum instrumentum die, & consule præternissis, de mandatis talis iu. ab auctentico scriptum manu talis no. fideliter exemplaui. Si autem cum die & consule exemplatur, dicet, hoc, est exemp. cuiusdam instrumenti, cuius tenor talis est, & scriptis per ordinem omnibus a principio usq; ad finem taliter se subscribet tabellio Ego R. imperiali auct. & nunc communis Bo. no. prædictum instrumentum de mādato tali iu. ab auctentico scriptum manu talis no. cum die, & consule omnibus per ordinem in eo contentis fideliter exemplaui. No. quod in scripturis, quæ in iudicio exemplantur, subscriptio solius no. exemplantis sufficit.

Quomodo propria scriptura exemplatur, & reficitur.

SI propriam. i. a te factam scripturam iterum ex rogationibus tuis exēplabis, & summes, potes illam auct. ꝓpriā quoties opus, erit, & casus exegerit scribere, sicut prima nō facta de priori scriptura mētione dūmodo illi soli personæ ipsam exhibeas, ad quam spectat, & cuius interest eam habere, utputa priuilegia, instrumenta emptionalia, & cuiuscunq; rationis, rerum mobilia testan. procurationes emancipationis, tutelas, curas, & omnes alias scripturas, illa, videlicet de quibus, & pro quibus bullū imminet periculum, ne alicui partiū pręiudiciū fieret, & plura inuenirentur unius, & eius tenoris.

Hoc tamē nota, q̄ si aliquis extraneus uoluerit exemp. instrumenti pu. & autētici a te scripti, debes illud ei dare cum uoluntate eius, cuius est, & tunc eiusdē seruabis in exēplando modū, qui seruandus est in alienis scripturis, exemplandis, prout supra docetur in præcedenti rubrica. Veruntamen si scriptura, uel instrumentum tale fuerit, in quo contineatur debitum, siue in pecunia, siue in re alia, quæ debetur, quæ res ratione peti posset, toties quoties instrumētum ex illa re debita apparet unde ex hoc debitori posset periculum imminere, eo quòd prætextu plurimorū instrumentorū debitum pluries peti posset, non illud instrumentū reficere iterū ex rogationibus exemplari, nisi sit amissum, & tunc debet solēniter hmôi obseruari. Creditor aūt debet adire iudicē, & corā eo citari facere debitorē quòd si debitor ueniens confitebitur, se debitorē esse, & adhuc ipsi creditori teneri in ea quantitate pecuniæ, seu per te, aut re, quę in instrumento debiti continetur, & quòd non vult contradicere uel opponere refectioni illius instrumenti prædicti, ipse iudex tale exiget sacramētū ab ipso creditore. Tu iuras, quòd instrumētum hoc quod refici petis, nulla dolositate adhibita perdidisti, & nescis ubi, & apud, uel penes quem sit, & q̄ dolo, vel fraude illud habere, vel possidere non desistis, & quod illud non postulas refici fraudulēter, & quòd si quo tēpore illud ad manus tuas peruenerit, uel habere poteris, restitues no. qui illud scripsit cancellatum, & annihilatum, nec eo amplius uteris in præiudicium debitoris, quod ex nunc uult cassum, & irritum & nullius esse iuris? Quo facto iudex præcepiet tabellioni, qui scripsit illud instrumentum, ut reficiat ipsum, ac exhibeat creditori præfato. Ex quo processu prædicto, ipse tabellio ad excusationem sui faciet sibi fieri publi. instrumentū per manus alterius tabellionis ibidē præsentis, quod quidem ita fiet.

Instrumentum præcepti, vel commissionis reficiendi proprium instrumentum.

CVm Co. corā domino Siiu. d. Ru. po. Bon. peteret sibi quoddam

quoddam refici instrm debiti c. lib. ad quod An. tenetur eidem scriptum manu R. no. eo q̃ illud se perdidisse dicebat, ipso An. citato coram ipso iudice confitentē se debitorem esse prædicti Co. in q̃titate prædicta, & refectioni ipsius instri contradicere nolle, & eodem Co. iurāte, q̃ illud vere perdidit, & in fraudem refici nō petit, & q̃ si illud ad manus eius puenerit, ipsi no. restituet cancellatū. Dictus iu. prædicto R. no. præcepit, ut illud instrm reficiat, vt exhibeat prædicto Co. Itaq; no. q̃ illud instrm debiti scripsit, exemplauit, & scribet ipsum de uerbo ad verbum, sicut fecit primum, sed in subscriptione nominis sui aliter se subscribet. Ego R. imperiali auct. no. oib. interfui, & rogatus fui, & hoc instrm, quod alia vice creditori præfato exhibui, iterum ex rogatione cancellata de mandato talis iu. exemplaui, & refeci, & ipsi creditori dedi, eo q̃ ipso debitore citato, & se debitorem confitentem, & refectioni instri non contradicentē dictus creditor iurauit illud sine fraude amisisse, prout in scriptura pub. facta manu talis continetur.

Notula.

SI autem debitor legitimè citatus non comparuerit ipse, vel alius cōtradicere nolens refectioni instri, pręstabit creditor idem sacrm, vt super hoc addito, qđ iurabit non esse sibi de dicto debito satisfactum, vel tantum ex eo, q̃ recipere debet. Et post hoc fiet præceptum no. q̃ scripsit, vt supra hoc mutato, q̃ in instro præcepti dicet, ipso debitore legitimè citato non comparente, & hoc idem dicetur in subscriptione no.

Oppositio.

SI debitor veniēs neget se debitorem, & refectioni instrumenti se opponat dicens simpliciter, se soluisse, non tñ ostendens principale instrumentum debiti cācellatum pęnes se esse, statuet iudex ipsi debitori terminū, iuxta quem solutionem probet. quam si nō probauerit, recepto sacramento prædicto à dicto creditore, præci-

... fiet refectio instrumenti. Si vero probauit fa-
tionem, non fiet refectio instrumenti.

Nota.

VErum si debitor principale instrm debiti cance-
tum penes se esse ostendat, tunc incumbet onus
bationis ei, qui affirmatiuā proponet. Quia per rerū n
turam firmantis, non aūt negantis aliqua est probati
Si.n.dicet debitor, ecce habeo instrm debiti cancellatum
qđ quidem mihi redditum est, & cum per redditionem
chirographi tollat obligatio naturalis, sum a *debito li-*
beratus, quod quidem neget creditor dicens *instrm red-*
ditum non fuisse, iudex imponet ipsi debitori, vt probet
redditionem instri. Si aūt creditor dicat, se perdidisse in-
strumentum, & illud ad debitorem suum sine causa pe-
uenisse, imponetur probatio creditori, vt probet se per-
didisse. Et icciroo in huiusmodi non est tutum ad affir-
matiuam ponere, præsertim illis, qui iustam causam ha-
uent, & dubitant de perfectione probationis, cum ple-
que onus probationis implicitum sit graue. Cæterum
no. q̄ siue debitor confiteatur, siue citatus non ueniat,
ue solutionem, vel redditionem, non probauerit, *siue* a-
lia causa interuenerit, quare reficiatur instrm, *tam* er in
instro præcepti, quod facit iudex no. refectione instri, &
etiam in subscriptione nominis, vel no. reficientis instru-
mentum, facienda mentio est, quo processu, & qua causa
instrumentum reficiatur.

Quibus causis redditur instrumentum suspectum, &
arguitur falsum.

LIcet soli originali instrumento pu. fides adhibeat,
vt dictum est supra in exemplificationib. q̄ d sit exe-
plar. & quid exemplum. Aliquibus vero causis deroga-
tur fides instrumenti, & suspectum redditur. Primo e
persona producentis, idest propter eum, qui instrume-
tum produxit in causam, qui quidem consuetus est, v
aliquando conuictus falsa in causis aliis produxisse in
strumenta. Secundo ex persona scribentis, idest no. qu

illud

illud scripsit eo quod falsa consueuit scribere instrumẽta. Tertio suspectum est ex ipsa scriptura, ut quia est in eo aliqua uituperatio idest, abolitio uel rasura, uel cancellatio, & tunc oportet eum, qui producit probare ueritatem, quod si non fecerit præsumetur falsarius, calumniosam enim scripturam uim obtinere non oportet. Si uero aliquis dicat, se paratum esse aliquod instrumentum contra se productum falsum arguere, & propterea illud postulet sibi exhiberi, debet prius infrascriptionis paginam apud iudi. competentem deponere, idest se obligare ad pœnam talionis, nisi probauerit, ꝙ intendit, licet hæc inscriptio de consuetudine non seruetur. Item debet iurare, quod existimans se posse falsum arguere, postulat sibi illud exhiberi. Et hoc facto debet iudex necessitatem exponere illi, qui produxerit instrumentum, ut iterum producat, nisi iuret se non habere illud, nec dolo malo desiuisse habere, & quod re uera ipsa carta sine dolo suo deperdita est, & quod productio illius sibi est impossibilis, quod si ita iurare uoluerit, aliam quidem non patitur pœnam, sed instrumẽto uel cartulæ productæ non adhibeatur fides. Si autem produxit instrumentum illi, contra quem opposita est exceptio de falso, & probare uoluerit fidem & ueritatem instrumenti, licebit ei, contra quem productũ fuit, probare falsitatem, sed tamen ante sententiam, uel post sententiam pendente appellatione, quia si habita fuerit quæstio falsi ante sententiam, & non est appellatus, & postquam confirmata est per appellationem prima sententia, non licet postmodum de falsitate proponere querelam, & est ratio, quia sententia approbauit fidem instrumenti. Si uero ante sententiam nõ fuerit habita qõ de falso, licet postea possit proponere, & probetur falsitas, retractabitur sententia & etiam si nõ fuerit appellatũ. No. quod ad improbandũ aliquod instrumẽtum pu. non sufficiunt duo, uel tres testes, quia saltem in quolibet instrumẽto sint duo testes tabellio qui pro tertio teste censetur, sed si. 4. uel. 5. testes bonæ opinionis dicerent contra pu. instrumentum, magis credendũ

est testib. quam instro. Sunt tn̄ quædam pu. instra, cōtra quæ probationem in contrarium non reperimus, s. contra confessionem a tutore in inuentario pu. conscripto, & a trib. testibus subscr. facta. Et etiam contra confessionem a muliere in pub. instro, in quo confessa fuit se aliquid pro intercessione accepisse. Porro contra priuatum instrm potest probari cōtrarium, etiam per duos testes omni exceptione maiores.

Comparatio litterarum.

QVia cōparatio lrarum fidē dat, & plerunque derogat instris pu. & priuatis, iō de ea uidendum est, s. quō, qn̄, p quos, & q d sit eius effectus. Fit aūt cōparatio lrarum ex pu. instro, hoc mō. Tu producis cōtra me instrm alicuius tabellionis. Ego vt derogem fidei illius instri, dico illud non esse scriptum manu illius tabellionis, cuius nomen subscriptum est in eo, & ad hoc pbandum induco aliud instrm, qd̄ verè cōstat scriptum ex manu illius tabellionis, qd̄ apparet dissimilis lræ, & formæ, & hoc intendo, qd̄ ille q scripsit illud, nō scripsit istud. Item econtra ego induco aliqd̄ instrm, quod quidem dr̄ esse suspectum, & scriptum alterius manu, quā illius, q subscriptus est, Ego vt probem esse verū, induco aliud instrm, qd̄ verè constat scriptū eē manu illius eiusdem tabellionis, qd̄ in nullo suspectum est, & est similis lræ, & formæ cum illo suspecto, Vn̄ per hoc facio fidem, qd̄ verum est instrm eiusdem tabellionis. Fit aūt ipsa cōparatio lrarum, qn̄ non superest. i. qn̄ non uiuit, uel haberi possit ille tabellio, cuius nomē scriptum est in instro, & tunc facienda est comparatio lrarum tabellionis, & signorum, uel uocatorum ad plenam fidem. Qn̄ vero tabellio superest, non est facienda comparatio lrarum, q a per auctorem instri declaratur fides, sufficit enim quod dicat ipse se scripsisse, vel non scripsisse. Est autē comparatio facienda ab illis, & per illos, qui bene nouere formas, & figuras litterarum, & variationes, & debet præstari sacramentum ab eis, quod non lucri causa, uel inimicitijs,

citijs, non gratia ipsam comparationem faciant. Item debet iurare ille, qui instrumentum producit ad comparationem, & ille qui petit fieri comparationem, & quia non habent aliam idoneam probationem, & fidem, venit ad comparationem faciendam, & nihil egit, vel machinatus est, per quod possit veritas abscondi. Effectus autem comparationis est, vt ex ea semiplena colligitr fides, licer quandoque prout iudici uidetur comparationi non sit adhibeda plena fides, quia litterarum dissimilitudinem sępe quidem tempus facit. aliter enim scribit quis iuuenis, & robustus, & aliter senex, & tremens, sæpe etiam languor hoc efficit. Item calami, & attramēti mutatio aufert per omnia similitudinis puritatem.

Conclusio operis, & gratiarum actio.

ECce iam quicquid ego Orlandi. humilis nota. minister circa tabellionatus officium a principio huius operis in mente concepi, est ad affectatū finem de abundanti Christi misericordia, & bonitate deductum. Sed quoniam multa malè, vel minus bene dicta esse, non ambigo, illa legens quilibet sciat mei scribētis inuenisse de proprio. Si quid autem in hoc opere boni est, de solius Dei diuinæ misericordiæ munere processisse. Itaque defectus, & error mihi: bona vero soli bonorum omnium tribuantur auct. Cui laus & gratiarum actio, honor, & gloria in secula seculorum. Amen.

TRAC. DE NOTVLIS INCIPIT.

TRACTATVRI de arte not. Primo videamus quid sit notaria. & quid notarius, & quot nominibus nuncupetur. Secundo quot & quæ sunt principales partes notariæ. Notaria est negocia hominū pu. & auct. notariæ, quia non omnis scriptura no. pu. & auct. est, sed illa solummodo, quæ in pu. & in auctenticam redigitur formam. Et dicitur notaria

a noto

anoto notas, quia in notis debet redigi. Vnde in aliquibus locis rogationes appellantur notæ, quia sunt instrumentorum, quæ ideo & vocantur rogationes, eo q̄ illas rogatur tabel. scribere, & ex illis rogatur facere instrm. Dicuntur etiam protocolla, a protos primus, & colla. i. prima collatio. conferunt enim primo adinuicem partes q̄d velint facere, & ex illa colla. fit protocollum, siue rogatio. Dr̄ autem no. a nota. Et est no. persona priuilegiata ad negocia hominum pub. & auc. conscribenda, q̄ & diuersis nominibus nuncupat̄, sed quantum ad subiectum, & rei essentiam vna est diffinitio, quocunq; noīe nuncupetur, licet in nominibus aliqua sit differentia, secundum differentes actus. Dr̄ enim no. tabellio, siue tabellarius ab hoc actu, quia notabat olim in tabulis. Dr̄ scrinearius, quia scripta eorum olim, ubi tuta tenebant̄, reponebāt in scrinijs, vel quia in tabellione sicut in scrineo debet esse secretū, & tutum esse quicquid eius fidei committitur. Dicitur ēt seruus pub. non quia uere sit seruus. sed q̄a eius offi. est ad pub. utilitatem inuentum. Dr̄ librarius, quia sicut libra debet omnia ad suum officium spectantia æqualance, iuste, & fideliter præpōderare. Et dicitur scriba a scribendo, semper tamē, ut dictum est una est diffinitio. Sunt autem tres principales partes no. Nam principaliter in tres consistit partes. Primo in contractibus. Secundo in ultimis uoluntatibus. Tertio in iudicijs, de quibus tribus partibus per ordinem est videndum, & primo de contractibus. Sed quia contractus fit ex pacto irrito inter partes, & ex contractibus pactis fiunt scripturæ pu. quæ appellantur instrumēta, iccirco primo uidēdum est quid sit contractus, & de contractuū diuisionibus, & quot, & quæ in contractib. exigantur; secundo de pactis, & de pactorum diuisionibus; tertio de instrumentis & de instrumentorum fide.

Quid sit contractus, & de contractuum diuisionibus.

CОntractus est propriè, q̄n ultro citroq;. i. hincinde orit̄ obligatio, nō dr̄ propriè, quia cōtractus aliquā

do

do sumitur propriè, & hoc secundum diffinitionem dictam aliquādo impropriè, aliquando magis impropriè. Propriè dicitur contractus qn̄ vltro citroque .i. hincinde oritur, obligatio, vt emptio, & uenditio, locatio, & conductio. Venditor enim obligatur emptori a ad rem tradendam, & emptor obligatur venditori ad precium soluendum. Item locator obligatur conductori, vt sinat eum uti re locata, & conductor obligatur locatori a ad mercedem soluendam. Et generaliter propriè dicit̄ contractus vbi mutuę promissiones & obligationes interueniunt hincinde, vt est cōtractus arrarum primus, videlicet libri nostri impropriè dicitur contractus, quando solum una pars alteri obligatur, & non econuerso, quia licet non oriatur obligatio hincinde, contractus tamē dicitur impropriè, & abusiua significatione. Magis impropriè dicitur contractus, quando ex nulla parte oritur obligatio, sed liberatio, ut est in transactione, ex qua non oritur obligatio, immo facta dissoluitur. cōtractuū alij sunt nominati, alij innominati, & alij magis innominati. Nominati sunt emptio, venditio, locatio, conductio, commodatum, depositum, mandatum, societas, pignus, qui ideo nominati dicuntur eo, quòd vnumqđque dictorum uocabulorum alteri significationem suā attribuere non potest, & quia nomen suum ita propriè, & strictè attributum est, vt illud alteri cōtractui accommodari non possit. Vnde emptio & venditio non potest dici locatio, vel commodatum, nec econuerso. Innominati contractus sunt do, vt des. facio vt facias. do vt facias, & facio ut des. De primo scilicet do ut des, est exemplum in permutatione, do enim tibi domum meam, vt tu des mihi uineam tuam. De secundo scilicet facio ut facias, potest poni exemplum, ut promitto tibi scribere librum, eo quòd tu promittis mihi ædificare domum. De tertio scilicet do ut facias, ut do tibi equum, eo qđ promittis mihi scribere librum. De quarto scilicet facio vt des, vt promitto te docere artem pelliparię, & tu promittis mihi dare 10. corbes frumenti. Qui ideo dicuntur innominati contractus, eo quòd nomina eorum

sunt

sunt ita uaga, quòd alijs nominatis contractib. possunt accommodari, ut do ut des, potest accommodari *emptioni* & venditioni. venditor enim dat rem *ut emptor* det præcium. Item do ut facias, potest accommodari *locationi*, & conductioni, quia conductor dat mercedem, uel pensionem, eo quòd locator faciat. i. *præstet* sibi licentiam uel patientiam utendi, magis *innominati* contractus dicuntur pacta, quæ ideo dicūtur *magis innominati*, eo ꝙ accommodari possunt *nominatis*, & *innominatis* contractibus. Vnde *emptio* & *uenditio* est *pactum*, ut do ut des, & cęteri innominati *contractus*, *quia pactum* est adeo generale nomen, quòd *omnibus cōtractibus* potest accommodari. Et quia omnia *continent sub se*, quæ fiunt causa obligationis contrahendæ, *vel tollendę*. Visis ergo diffinitionibus, & diuisionibus contractuum, restat uidere quot & quæ in contractibus exigantur, & ex quibus constent. sed quoniam contractus constat ex tribus. s. ex personis rebus & obligationibus, ideo de vnoquoque uidendum est, & primo de personis & earum diuisionibus, & quæ personę se obligare possunt, quęve contractum reddunt inutilem.

De personis, & personarum diuisionibus.

EX personis diuisiones sunt. Prima diuisio est talis. Omnes homines aut sunt masculi, aut fęminę, aut hermafroditi. Masculi sunt, qui agunt & gignunt. Fęminę quę patiuntur & concipiunt, & pariunt. Hermafroditi qui habent vtrunque sexum masculinum videlicet, & fœmininum. sed si magis incalescit, & pręualet masc. cēsetur mascu. si uero fœmininum, censetur fęmina. Secunda diuisio est, quia personę alię sunt natæ. Aliæ nascituræ. Natæ sunt, quæ ab utero matris separatæ sunt, & ediderunt in lucem. Nascituræ quæ conceptæ adhuc in utero matris sunt. i. pro non natis habent. Tertia diuisio est, quia omnis homo aut est liber, aut est seruus. Seruus est ille, qui nascitur de ancilla, uel qui capitur de hostium potestate, qui serui & mācipia dominis manuca-

pta

pta. Item seruus est etiam maior .xx. annis qui ad preciũ participandum patitur se venũdari, vel alio iusto titulo alienari, alicuius lucri uel commoditatis causa, nõ ignarus suæ conditionis. Si emptor uel acceptor illius conditionẽ ignoret, & uẽditus in ueritate precĩũ participet. Sed etiã seruorũ multæ cõditiones sunt, seu diuisiones, ne quibus nihil ad præsens. Liberi dicũtur nati de liberis parẽtibus, vel saltẽ de libera matre, quia liberi sequũtur conditionẽ matris & patris, liberorum alii sunt ingenui alij libertini. Ingenui sunt, qui statim cũ nati sunt, liberi sunt. siue nascantur ex duobus ingenuis, siue ex duobus libertinis, siue ex altero ingenuo, altero libertino. Sed & si quis nascatur ex matre libera & patre seruo, ingenuus & liber est. Libertini dicuntur, qui ex iusta seruitute manumissi sunt. Quarta diuisio est, quia personę alię sunt sui iuris, alię iuris alieni. Sui iuris sunt liberæ personæ, s. patres & matresfami. quæ factæ sunt sui iuris morte parentum, uel per emancipationem, uel alio legitimo modo. Alieni iuris sunt serui. Item filiifami. qui ex iustis nuptiis procreati sunt. Et siue obtineat primum locum liberorum. s. quia sint nati ex nobis & uxore nostra, siue ulteriorem locum, ut nepotes & pronepotes, deinceps cæteri ex masculino sexu descendentes. Item quorum homines sint uel fuerint filij, fit quinta diuisio. filiorum alij sunt legitimi & naturales, alij legitimi tm̃, alij naturales tantum, alij nec legitimi, nec naturales. Legitimi & naturales sunt, qui procreantur ex legitimo matrimonio. Legitimi tantum, sui adoptiui. Naturales tantum, qui nati sunt ex concubina unito & inhabitato affectu coniuncta, nec legitimi nec naturales sunt spurij, ex incestuoso coitu nati. Item fit sexta diuisio, quia omnes personæ aut sunt legitimę ętatis, aut non legitimæ. Legitima, ętas est a 25. annis supra. & huius ętatis homines dicuntur maiores non legitima ętas est a. 25. annis infra, & dicuntur minores, & non legitimæ ętatis. Horũ minorum alij dicuntur puberes. Videlicet a. 14. annis supra masculi, & 12 annis supra fœminæ, & hi dicuntur adulti, & adolescentes. Impuberes uero sunt infra, & di-

citatur pueri, & puellę, & si patrem non habent, uocantur pupilli, & pupillæ. Horum impuberum alij sunt infantes, & hi sunt a die natiuitatis mascu. & fœminæ, usque ad septimũ annum. Alij sunt proximi infantiæ & hi sunt a 7. annis supra usque ad ix. & dimidium, fœminę usque ad x. & dimidiũ. Ab inde uero usque ad 14. masc. & usque ad 12. fœminæ dicuntur proximi pubertati. Et hęc de personarum diuisionibus dicta sufficiant. Igitur uidendum est quæ personę cõtractum reddant inutilē.

De contractibus inutilibus ratione personarum.

COlligi possunt ex uniuerso xiii. personę, quarum occasione contractus ab eis initus regulariter uitiatur, & inutilis redditur. Ideo regulariter dictũ est, quia aliqua ex eis, in quibus se possunt casibus obligare, ut inferius apparebit. Sunt autem ex illis quędam, quæ contractum uitiant ratione ętatis, ut infans, & maior infante, & proximi pubertati & pubes. Quædam ratione conditionis, ut filiusfami. & seruus. Quædam ratione morbi, ut furiosus, & mutus & surdus. Quædam ratione delicti, ut prodigus, hæreticus, apostata, & committentes crimen lęsę maiestat. de quibus omnibus per ordinem est uidendum. Infans, idest minor septem annis, nec naturaliter, nec ciuiliter obligatur, nec aliũ sibi obligare potest. Sed maior infante tenetur solum de sponsalitiis cõtractibus, & nõ de alio. Proximus pubertati aut habet tutorem, aut non. Si habet tutorem, & contrahit cum ipso tutore, nec naturaliter, nec ciuiliter astringitur. Si uero contrahit cum extraneo, cum auctori. tutoris obligatur ciuiliter & naturaliter, licet si receptus sit possit restitui. Sed si careat tutore, obligatur naturaliter tantum, & non ciuiliter, & sola naturalis obligatio est inefficax ad agendum, exceptis duobus casibus, in quibus naturaliter & ciuiliter obligatur, quando tutori caret, scilicet ex contractu, de quo factus est locupletior, & quando dolum commisit, quia ratione doli tenetur in solidum. Pubes,

idest

idest maior decimum quartum, annis mascu. uel decimum secundum, fœmina, sed uterque minor, uigesimũ quintum, siue sit paterfamil. siue filiusfamil. fuerit, tenetur communi contractu inito a prædecessore suo, & ex contractu a tutore facto cum decreto, nisi in duobus casibus, scilicet si grande damnum passus sit. i. minus dimidia iusti precij, uel fraudis, consilium intercesserit, idest quod dolose deceptus sit aucto. de quibus duobus casibus non tenetur de contractu inito a tutore. De his autem, quæ gesta sunt cum ipso pubere, siue adulto, distingue, quia aut habet curatorem, aut non. Si curatorem habet, non obligatur sine curatoris auct. sed si non habet curatorem, obligatur ipse adultus ciuiliter & naturaliter. Veruntamen si deceptus est etiam pro modico dãno, idest minori dimidia iusti precij, dummodo non sit ita minima, quæ præiudicet maiori rei summæ restituit in integrum. Potest petere toto tempore minoris ętatis, & ea finita, infra quadriennium continuum, & hanc restitutionem petere potest de his, quæ amisit, hoc est de re, quam dedit, & de his, quæ non acquisiuit, siue de lucris omissis, hoc est si delatam sibi hæreditatem reputauit. Item de eo, quod alicuius oneri se implicuerit, hoc est si pro altero fideiussit. Et ad hoc, ut restituatur, debet probare se minorem, & se deceptum, quia non eo ipso, quòd minor est deceptus, intelligit, sed fallit in v. casibus, in quibus minor de contractu ab eo inito, non restituitur, etiam si probet se deceptum. Primus casus est, si mutauit statum uẽdendo se, uel alteri alienando ad precium, uel lucrum participandum, quia in hoc nõ restituitur. Secundus casus est, si maior rei vel summæ præiudicium generetur, idest si petit restitui pro minima parte, in qua dicat se deceptum, quia melius est, quòd damnum recipiat in illa minima parte, quam totius cõtractus infringatur. Tertius casus est, si minor sit usus iure communis, quia adijt hæreditatem, uel emit seruum necessarium, & postea nactæ res casu perierunt, uel seruus mortuus est, non enim tunc restitui-

tur, quia non videtur esse deceptus, si vsus est iure cõi. Nam non euentus damni, sed inconsulta facilitas prębet restitutionem. Quartus casus est, si dolum commisit, quia deceptus, & non decipientibus iura subueniũt. Quintus casus est, si corporaliter iurauit, se non uenturum contra occasione minoris ætatis. Quia sacramenta puberum sponte facta super contractibus rerum suarũ pcipimus inuiolabiliter custodiri. Sed si iurauit p Deũ viuũ uerbotenus se maiori, non restituitur nisi probet p argumenta in scriptis inserta. i. per instrumenta pu. facta de die natiuitatis suæ, quod quãdo uerbotenus iurauit, quod non habebat. 25. annos, sed si hoc uelit probare per testes non auditur. Filiusfam. qui subiectus est potestati patris, uel aui, uel proaui, cum ipso patre, uel auo uel proauo non obligatur. Quia iuris interpretatione eadẽ est persona patris & filij, nisi de castrensi, vel quasi castrensi peculio, quia de his cum patre cõtrahere potest, eo quod in castrensi, uel quasi cast. tanquam paterfamil. hr. Sed cum alio quocunque modo contrahit, naturaliter & ciuiliter obligatur, non tñ ei rem patris permittitur obligare sine suo consensu. Veruntamẽ fallit in voto & in mutuo, de quib. nõ obligat̃, quia si uouet aliq rei p. se daturum, nõ tenetur. Secus tamen si uouet Deo utputa si monasterium sit ingressus, quia ad hoc astringitur etiam patre non consentiente. In mutuo uero licet naturaliter & ciuiliter obligatur, defenditur tamen per exceptionem Macedoniani senatusconsulti, quæ quidem est odiosa, inuenta, s. in odium fœneratorũ, & præterea non potest filiusfam. eam remittere, nec ipsi exceptioni renunciare, quia non in sui fauore, sed in odium fœneratorum inuenta est. Vnde si pecuniam uere, & nõ ficte, & eo tempore quo erat filiusfam. acceperit mutuo, non tenetur ad eam reddendam ipse uel pater eius. Fallit tamen in his sequentibus casib. in quib. ipse, uel pater de mutuo contractu a filio tenetur. Primus est, si filiusfam. se patremfa. per mendicantium dicat. Secũdus casus est rõne pu. ignorãtiæ, ut quia pu. paterfa. plerisq; uidebatur, sic agebat, contrahebat, sic munerib. fungebatur.

tur. Tertius si pu. sine tutoris aucto. vel adultus sine curatoris aucto. mutuauit filiofamil. Quartus si mutuum in rem patris verterit, vt quia dotauit sororem, vel familiam patris nutriunt, vel quia soluerit creditori patris, quia tunc tenetur pater ad illam pecuniam reddēdam. Quintus mutuum accepit vsque ad illam quantitatem, quam pater non deberet recusare ei dare, quando alibi degebat causa legationis, vel causa studiorum. Sextus si pater consensit, quando mutuum accepit, vel pñs non cōtradixit, vel si filius destinauit patri litteras, quòd mutuum acceperit, pater non improbauit actum filij, & intellige de patre q̃ habet filium in potestate. Filius enim familias filio suo consentiendo, qui est in aui potestate, non facit vt cesset exceptio Macedoniani. Septimus casus est, si mutuum accepit, vt se liberaret ab alio creditore, quem non poterat remouere. Et no. quòd licet appellatione pecuniæ largo modo sumpta contineatur quicquid est in numero, pondere, & mensura, hic tātum strictè sumitur solum pro illa pecunia quæ est in numero, & hoc est, quod supra dicitur, filiumfamil. non teneri de mutuata pecunia, scilicet de illa, quæ consistit in numero. Secus si acceperit aliquod, quod consistat in pondere, uel mensura, quia tunc tenebitur, nisi fraus adhibita sit à creditore, utputa quia dedit filiofam. frumentū, vel oleum de his distractis pecunia. Item no. quòd exceptio Macedoniani datur non solum filiofam. sed eius hæredi, & eius fideiuss. & vnde eadem exceptione defenditur fideiussor. Item no. quòd quando filiusfamil. habet castrense, uel quasi castrense peculium, tunc cessat Macedonianum usque ad quantitatem peculij, Seruus cum dño suo ciuiliter non obligatur, sed cum extraneo pacisci potest domino acquirendo, nam ex persona domini habet ius stipulandi. Alij uero efficaciter non obligatur, cum pro mortuo reputetur, sed eius contractu hæres conuenitur de peculio serui, uel de eo quod in rem, idest in utilitatē domini uersum est, uel quod iussu, idest contractu facto ab eo iussu domini. Fallit ta-

men in tribus casibus in quibus dominus de *peculio ser*ui non tenetur scilicet cum seruus donat, vel vouet, *fi*deiubet extra causam peculiarem. Furiosus vel mentecaptus tempore furoris contrahere non potest, eo quòd contractus fieri non possint sine consensu, ipse expressim, vel tacitè consentire non potest. Veruntamen si contrahit mente recepta, vel si habet dilucida interualla, contractus tunc ab illo initus valet. Mutus, & surdus, qui ipsis morbis naturaliter laborant, contrahere non possunt, quia stipu. per interrogationem, & responsionem habet fieri, & his qui *stipu.* verba promittentis, & econuerso *promittens verba stipu.* audire, & intelligere debet, & quod *prædicti facere nequeunt*, & hæc intelliguntur de ipsis muto, & *surdo*, *qui* tempore contractus prædicto morbo laborant. *Prodigus cui* bonis est interdictum, non obligatur, hæreticus, *apo*stata, committentes crimen læsæ maiestatis non possunt contrahere, quia his personis interdictum est a lege contrahendi commertium, & ideo contractus cum eis initi inutiles sunt. Cæterum licet mulier non sit de prædictis 13. personis, quæ se obligare non possunt, & licet mulier se suo nomine obligare possit, quia tam fideiussor regulariter adiuuatur beneficio Velleiani senatuscon ulti, videndum est quando fideiussione obligatur, & quando non, & quando se iuuare potest hoc beneficio, & quando non. Igitur si mulier fideiubet pro alio, vel si præbet fideiussionem pro alterius obligatione, aut si pro alio se constituit debitricem, aut si rem suam pro alio pignori obligauit, non tenetur ipsa, nec eius fideiussor, nec res sua pignori pro alio obligata etiam si sit vir, vel filius, pro quibus hoc *fecerit*. Sunt tamen sex speciales casus in quibus mulier fideiubendo tenetur, & hoc beneficio non iuuatur. Primus est, si mulier fideiussit pro pecunia illa, quæ est data, vel promissa alicui domino manumittendi pro precio manumissionis serui fauore. Secundus si intercessit pro dote alicuius mulieris. Tertius si mulier re-

nun-

nunciauit beneficio Velleiani senatusconsul. quod suo fauore inductum est, & ideo ualet renunciatio, si certioretur de iure ipsius beneficij. Quartus, si accepit precium, uel aliquod loco precij pro intercessione iuuatur Velleiano. Quintus si uoluit decipere creditorem, sciens tutam hoc senatusconsul. cum creditor ignoret. Fragilitati enim non calliditati subuenitur. Sextus est casus, si intercessit, aut pignus uel fideiussorem dedit post biennium a prima cautione non numerandũ, iterum ad idẽ se obligauit, uel pignus, uel fideiussorem dedit, sibi enĩ debet imputari si ultro firmauit, quod sæpius potuit cogitare euitandum. Vt enim ex tali prolixitate temporis, nec pro aliena stip. sed pro sua obligatione, & ex secunda cautione se obnoxiam facere. Item biennium autem si iterum ad idem obliget, non sibi præiudicat, q̃a ex cõsequentia suę fragilitatis in secundam uidetur incidisse iacturam. Vnde uersus de dictis sex casibus. Casibus in senis mulier spondendo tenetur. Pro pubertate, pro dote renunciet, & si. Accipiat precium capiat, caueat quæ secundo. Item not. quòd mulier fideiubere, uel se obligare non potest, pro uiro, etiam qualitercunq. renunciet, q̃a uidetur donare uiro, & inter uirum, & uxorem prohibita est donatio. nisi propter nuptias, uel causa mortis, non tàmen est prohibendum, uirum non posse obligari pro uxore, ubi processit incommodum mulieris. Et not. quòd ubicunque non est fideiussio mulieris, cessat beneficium Velleiani. Igitur uiso de personis, quæ contractum reddunt inutilem, quia non solum rõne personarum, immo etiam ratione rerum cõtractus uitiatus. Videndum est de rebus, super quibus, & de quibus contrahi non potest.

De inutilibus contractibus ratione rerum.

RES q̃dam sunt, super quib. iure prohibente, & quædam natura inhibẽte cõtrahi non põt. Iure prohibita est alienatio p̃dij minoris id est impuberis, & om-

nium rerum ipsius minoris, quæ seruando seruari possunt, ut auri, argenti præciosarum uestium, & omnium illarum rerum quæ prolixitate temporis nō pereunt, nisi illa interueniant, quæ in huiusmodi alienationib. solemniter de iure interuenire debent, quæ quidem sunt ista, uidelicet primo, ut fiat alienatio ob es alienum, id est ui imminuant debitum, quod sibi solui urgeat creditor, uel ex quo idem minor usurarum onere precaretur. Secundo, quòd fiat cum aucto. tutoris. Tertio, ut iudicis decretū interueniat. quod decretum cum multa iudicis deliberatione interponi debet, quibus autem discussionibus, & deliberationibus iudex in his procedere debeat, non nostrum est, sed iudicis officium. Contingit tamen, quòd prædium minoris aliquando sine decreto alienari potest quando uidelicet defuncto, ex cuius bonis prædium istud peruenit ad minorem, hoc ultima uoluntate iussit, uel minor hoc a principe impetrauit. Aliç uero res minoris, quæ seruādo seruari non possunt, ut sunt uestes usu detritę, uel corruptæ, & fructus, ut poma, uinum, oleum, frumentum, & animalia super uacua uendi possunt a tutoribus sine decreto. Cæterum not. quòd appellatione precij intelliguntur urbana, & rustica prędia. Item prohibita est alienatio filiofam. de rebus paternis sine iussu patris. Patri uero familias prohibita est alienatio rerum, quæ obuenerunt filio ex aduentitio peculio. Et dicit aduenticium peculium, quod filio aduenit ex successione matris, uel alicuius sibi coniuncti per lineam maternam, uel eius prospera fortuna, & non ex substantia patris, uel eius contemplatione, quod aduentitium etiam a filio alienari non potest, nisi cum consensu patris cum ipsius peculij proprietas sit filij & usufructus patris, interdum tamen scilicet quando imminet filio æs alienum potest pater aduētitium alienare, primo mobilia, secundo immobilia, ne filius usurarum onere pregrauetur. De profectitio uero peculio non potest filiusfam. contrahere, cum nihil ad eum, sed totum ad patrem, pertineat pleno iure, & dicit profectitium

fectitium quod obuenit filio ex substantia vel rebus patris. De castrensi aũt, & quasi castrensi peculio potest filius familias tam cum patre, quàm cum alio quocunque contrahere, & pacisci, quia in his, ut paterfami. habetur, & totum scilicet proprietas, & usu fructus ad filium spectat. & nihil ad patrem. Et dicitur castrense peculium, idest militare, illud videlicet, quòd filiifamil. acquirunt in castris tantum. Quasi castrense dicitur, idest quasi militare, quod acquirunt filiifami. aduocati. & magistri liberalium artium, & medici ipsorum officijs. Itẽ prohibita est alienatio fundi dotalis, scilicet inęstimati dati in dotem, quia si æstimatus est, non dicitur dotalis, sed empticius hic fundus dotalis vendi, aut donari, aut alio modo alienari non potest, neque ab uxore, neque a uiro etiam consentiente, & iurante vxore, quia hæc prohibet lex, & id quod fit contra legem, pro infecto habetur, uel haberi debet. Idem est in fundo quasi dotali. Et dicitur fundus quasi dotalis ille, qui legatus est seruo inæstimato in dotem dato. Veruntamen licet fundus dotalis voluntarie alienari non possit, permittitur tamẽ ipsius alienatio, si ex necesitate contingat scilicet quando mulier dedit in dotem portionem fundi pro indiuiso inęstimatam, & maritus prouocatus est ad diuisionẽ a socio fundi, tunc enim ex necessitate uidetur alienare, quando prouocatus est, sed secus, quando prouocat, quia tunc esset voluntaria alienatio. Item est necessaria alienatio, quando maritus uoluit cauere uicino suo de damno infecto, cui dotale prædium minabatur ruinam, & ob hoc uicinus missus est in possessione ex primo, secundo decreto unde hæc alienatio non est uoluntaria, sed necessaria. Quandoque etiam fit fundi dotalis alienatio, utputa si mulieri expediat, ꝙ fundus conuertatur in pecuniam, ut quia uxor illum uendat pro redimendo uiro, filia pro alendo patre, & soror pro alendo fratre laborantibus inopia. Item fit etiam alienatio fundi dotalis, quando loco ipsius alium fundum accipit maritus in dotem. Item prohibita

est alienatio illius rei, quam testator in sua ultima uoluntate prohibuit alienari, si ipse expressit causam, qua noluerit eam alienari, uel si persona appareat, cuius occasione prohibita est alienatio. Item prohibita est alienatio rei litigiosæ, dicitur litigiosa res, de cuius dominio causa mouetur inter petitorem, & possessorem. Fit autem res religiosa incontinenti oblato libello, huius litigiosæ rei prohibita est alienatio, adeo ut magnæ impositę sint pœnę, danti, & accipienti litigiosam rem. Et enim ille qui accipit emptionis, vel donationis titulo, uel alio quocunque contractu rem litigiosam, si quidem sciebat rem litigiosam esse, cogitur reddere rem, & nihilominus priuatur pretio, quod ille, qui alienauit, & ipsum precium recepit, *cogitur præ*stare fisco, & tantundem de suo. *Si autem ille qui ac*cepit, ignorabat litigiosam rem esse, *omnino reddere* debet, sed precium sibi restituetur a uenditore, qui *uen*ditor tantundem de suo dabit emptori & fisco, scilicet emptori tertiam partem, scilicet quia eum decepit, debuit enim sibi dicere rem esse litigiosam. Reliquas uero duas partes dabit fisco. Et hæc pœna etiam locum habet in donatione rei litigiosæ, ut sacra vera æstimatione in causa, puniatur uterque ut dictum est in precio. In casibus tum permittit lex rem litigiosam alienari, scilicet ex causa dotis, uel donationis propter nuptias, uel transactionis, uel diuisionis. Item inutilis est contractus, si quis rem suam pure stipulan. vel emat, secus uero si sub conditione emat, quia in euentum conditionis ualebit emptio, utputa, si emat, & res desineret esse sua, quia tunc adueniente ipsa conditione tenetur rem emere, & dare ei alioquin daret æstimationem rei. Item uidelicet etiam emptio rei proprie ratione possessionis prioris, quam ipse non habebat emptor, uel ratione alterius iuris, quod deficiebat emptori in re sua. Emptio tamen rei alienæ permissa est, quia rem alienam uendere non posse, nulla dubitatio est, sed hoc permissum est in præiudicium uendentis, & non in præ

iudicium

iudicium ueri domini, quia cum uenditor rem tradere debeat, & rem alienam tradere non posſit, eius erit præiudicium, quia tenetur de euictione ſi recipit precium.

Et nota hic quòd uenditor debet tradere, ideſt facere quòd emptor habeat uacuam poſſesſionem, hoc eſt dicere, quòd emptor potior ſit in ea poſſesſione. Ita quòd de iure ab eo non posſit aduocari, nam ſi quis aduocauerit cauſa, perinde eſt ac ſi non eſſet tradita, & ſi non ſit aduocata, ſed ſi poteſt aduocari, non uidetur eſſe tradita. Hæc autem traditio facit emptorem dominum, ſi uenditor erat dominus, ſi non erat obligatur nomine euictionis, ſi precium ſit ſolutum, uel eo nomine ſatisfactum, ſed diſtingue hic de euictiones, aut emptor ſciebat rem alienam eſſe, aut ignorabat ſi ſciebat rem alienam, & emit. Iterum diſtingue, quia aut fuit ſibi cautum de euictione, aut non. Si non fuit ſibi cautum, non aget de euictione contra uenditorem, immo precium, quod ei dedit, perdet, ſed ſi fuit ſibi cautum per promisſionem ſtipulatione ulla, tamen tunc tenebitur uenditor ad precij reſtitutionem, & ad omne id quod promiſſum erit per ſtipulationem, ſiue illud ſit duplũ, ſiue triplum, & etiam ad intereſſe. Si autem ignorans emit rem alienam, & fuit ſibi cautum per ſtipulationem, & promisſionem, idem iuris eſt. Si uero non fuit ſibi cautum, aget ad precium, & ad intereſſe, non ad duplum, ſed ad ſimplum, & hoc ex natura contractus. Item not. quòd rei alienæ prohibita eſt alienatio, & pignoratio ſine conſenſu & uoluntate illius, cuius eſt, & creditor qui alienam rem accipit in pignore, non habet in ea iura pignoris uel hypothecæ, quia debitor ius pignoris uel hypothecæ in aliena re conſtituere non poteſt, eo quòd nemo poteſt plus iuris in alium transferre quam ipſe habeat. Dicitur autem pignus propriæ res mobilis, quæ obligatur, & creditori datur, vnde res pignorata quaſi pigno. tradita. Vbi autem non tranſit poſſeſſio in creditorem, dicitur hypotheca uel obliga

tio. Vnde simplici appellatione obligatione bonorum cōtinentur mobilia & immobilia, pręsentia & futura in pignore. Tamen nota, ꝙ si inter debitorem & creditorem interueniet ut pactum, vt si debitū nō fuerit solutū ad terminum, licet creditori pignus distrahere, poterit creditor ex ipso pacto pignus distrahere, transacto termino, siquid vltra id quod sibi detur ex pignore, accepit, tenetur id debitori restituere, si vero minus debitor ad supplementum tenetur. Si autem nullum pactum in pignore distrahendo, interueniat, tunc elapso die solutionis debiti debet creditor denunciare debitori vt luat pignus, quod si non fecerit, ex tunc elapsis duobus annis poterit creditor illud distrahere. Item nota quod si fuit pactum inter eos, quod nisi debitor ad terminū soluat dignus, sit creditoris, hoc pactum *omnino nō valet*, quia contra bonos mores est, & ideo *prohibitum a lege.* sed si fiat pactum vt si intra certum tēpus non sit *soluta* pecunia iure emptionis possideat creditor rem pignoratam iusto precio æstimandam tenet pactum, quia est quædam conditionalis uenditio. Item inutilis est contractus super rebus, quæ in rerum natura non sunt, nec esse possunt, nt si stipuletur quis hypocentaurum, uel chimeram. Item siquis stipuletur, res, quas impossibile est dari, vt lunam vel solem aut aureos montes. Item si quis stipuletur rem, quę licet fuerit, tamen modo nō est. vt si stipuletur Stichum mortuum non valet stipulatio, nisi mora pręcesserit mortem, ut quia aliquis promisit dare stichum, & non dedit die constituta, sed fuit in mora, & postea mortuus est stichus, tenetur in ęstimatione stichi, quia fuit in mora. Item si quis stip. stichum ab illo qui furatus est, vel rapuit stichum, valet, quia tenetur in æstimatione stichi. Veruntamen siquis stipuletur rē, quę non est, sed futura speratur, ratione spei valet stipulatio, utputa stipuletur quis futurum partum ancillę, vel futuros fructus, vel si emit iactum rethis, quia inest conditio, vt si quid capiatur, illud debeatur. Item prohabita est alienatio mācipij christiani in Iudæum, quia

non

non licet iudæo possidere mancipium christianum. Itē prohibetur alienatio illarum rerum, quæ a cōmertio hominum sunt exemptæ, ut sunt res sacræ, quæ publicæ religiosæ sunt, & liber homo.

Sunt autem res sacræ publicæ, & non priuatim, quæ per pontifices sunt dedicatæ, ut ecclesiæ. religiosæ uero sunt sepulchra, in quibus homines mortui inferuntur. Sanctæ sunt portę, & muri ciuitatum, & municipiorum, ideo quia pœna capitis imponitur uiolatoribus earum rerum si quis, uidelicet ingreditur ciuitatum, uel municipium alibi quā per portas pu. sicut flumina & portas, & quæ dedita sunt uisibus populi, & forum stadium. Est igitur inutilis contractus initus inter aliquos de supradictis rebus, & hæc si emptor & uenditor scierint res tales esse, immo emptor, qui sciēter huiusmodi rem accepit precium & rem. Sed si emptor ignorans a uenditore sciente cōparauit, tenetur sibi uenditor in id, quod sua interest se deceptum esse. Veruntamen fallit in superfluis uasis ecclesię, quæ sibi debitum imminent uendi possunt integra alijs venerabilibus locis, uel conflata priuatis personis. Item fallit in libero homine, qui uendi potest, & alio modo alienari, si interueniant ea, quæ in alienatione liberi hominis interuenire debent, ut notatum est supra in diuisionibus personarum. Cætere autem res ecclesiasticæ sunt prohibitæ, alienari nisi urgeat debitum, quod ex mobilibus solui non possit, quia tunc res ecclesiæ immobiles dari possunt primo in pignore creditori, ut ipse creditor, rem diu teneat, quod de fructibus sibi sit pro sorte, & usuris satisfactum, & si non inuenitur qui pignori uelit accipere, tunc rector domus coram episcopo debet iurare, præsente maiori parte illi deseruientium, quod debitum urget, & illi de mobilibus solui non potest. Et hoc facto, debet res subhastari, & stare uenalis. xviij. diebus, ut plus offerenti detur, & tunc demum debet plus offerenti cum auctorit. episcopi, & cum consensu ibidem seruientium uel maioris partis, facta mentione de prædictis omnib. solennitatibus,

tibus,& hoc secundum legis; sed secūdum iuris canonū ualet venditio rei immobilis ecclesię, etiā si solū interueniant illę solemnitates quę interueniūt in emphiteoticis concessionibus. s. quod interueniant auc. episcopi, & consensus capituli, & assignetur utilis causa. quod si non inuenitur, emptor debēt dari insolutum creditori adiecta decima in precio. x. uniuersę æstimationis, hoc est, si ualet res. x. debet dari pro xi. Item vendi prędium ecclesię inutili propter onus fiscalium. i. propter onus euitandum tributorū habendorū, *hoc iurante prelato*, s. qđ ex hac causa uendit, & non ex alia. *Sed in quibusdā* casibus oīno prohibetur alienatio rei ecclesiast. s. aliena tio monasterij, uel ecclesię, quę sit ad hoc, ut *reddat* in antiquum & secularem statum. Item illud rei, quę *data* est ecclesiæ eo pacto, ne alienetur. Itē prohibetur alienatio rei ecclesiasticę in hæreticū. Et hæc de inutilibus contractibus rōnibus rerum dicta sufficiant. Restat ergo videre quibus modis nobis rerū dominium acquiratur.

Quibus modis dominia rerum acquiruntur nobis rubrica.

DOminia rerū acquirūtur nobis aut iure gentiū, aut iure ciuili. Est aūt ius gentium, quo oēs fere gētes vtunt siue oī humano generi, ut sunt bella, seruitutes, & captiuitates, & hmōi. Ius uero, ciuile est quod, quisq; populus, uel ciuitas, sibi proprium constituit, sed quoties non addimus nomē ciuitatis, cuius sit romanū ius intelligimus. Acquiruntur itaq; nobis dominia rerū iure gētium multis modis, sed nobis sufficiat de quinq; uidere, nam acquiritur nobis dominium iure gentiū occupatione, ut sit feras, bestias, uolucres, & pisces, uel alia aialia, quæ in cœlo, terra, mariq; nascuntur, capiamus, quia cū illa in nullis bonis sint, naturali rōne occupanti cōcedūtur, nec interest, utrum quis capiat in suo fundo, vel alieno. Item inuētionem, vt quis in fundo alieno thesaurum nō data opera ad hoc, sed fortuito casu inuenerit, dimidiū est inuentoris & dimidium est dñi loci. Itē alluuione, ut cū alluuio aliquid agro tuo adiecerit, id tibi acquisitum

situm est, sed per alluuionem id videtur adijci, quod ita paulatim adiicit, ut inteligere non possis quãto, & quo momento temporis adiiciatur, quia alluuio est latẽs incrẽmẽtum. Itẽ captione, quia si de bonis hostiũ nostrorũ aliquid capimus id nostrũ est. Itẽ traditione, quia si ille, qui est dominus rei, & est habilis persona ad tradendum, ut quia sit legitimę ętatis, & sanę mẽtis, & liber homo tradit rẽ suam ex causa ab illo, utputa uẽditionis, donationis, dotis uel similiũ, trãsit dominiũ in accipientẽ. Iure uero ciuili acquiritur nobis dominiũ usucaptiõne, & usucaptio dominiũ per cõtinuationẽ possessionis tẽpore legis diffinito. Vsucapimus enim dominiũ rei mobilis per continuatã possesionem triẽnii, si interueniat videlicet. ꝙ res illa careat uicio. i. nõ sit furtiua, vel ui possessa, vel ille qui vendidit vel alio modo dedit, licet non dominus bona fide det, credens se dominum, & ille qui accepit bona fide accipiat, credens se a uero domino accipere. Itẽ acquiritur nobis dominiũ rerũ immobiliũ ꝑ lõgam pręscriptionẽ. x. annorũ inter præsentes & xx. inter absentes. Est præscriptio exceptio ex tempore eã trahens, & ita diffinitur, sicut usu. inter præsentes aũt intellige, si actor & reus sit in eadem prouincia inter absentes, si sint in diuersis prouincijs, & hoc quãdo actor nullo tẽpore pręscriptionis fuit præsens. Ad hoc aũt vt præscribemus rẽ immobilẽ, ista necessaria sunt. s. bona fides ex parte dãtis, & accipiẽtis, vt ille qui dat, credat se dñm bona fide, & qui accipit hoc idem credat. Item iustus titulus. s. quòd detur ex titulo venditionis. uel donationis ut dotis, siue alio iusto titulo. Item continuatã possessio. i. quòd continue possederit intra dicta tempora. Item quòd res nõ sit vitiosa. i. non vi possessa, non sacra, religiosa, uel publica, vel quę non sit pupilli, & quę non sit pręscripta contra legẽ ab eo, qui subiectus erat, suę potestati, quia res istæ pręscribi non possit. Item acquiritur nobis dñiũ iure ciuili. Arrogatione, quia si paterf. hominem sui iuris in filium arrogat, iura ipsius arrogãtis transiuerunt in patrem arrogatorem. Item monachatione,

tione, quia ingressi monasterium, se & suadeō dedicāt, & ideo eorum bona monasterio acquiruntur. Item per successionem, ex testamento, & etiam quibuscunque alijs modis. Sed de prædictis sufficiat. Ergo cum uisum fit de duobus ex quibus contractus constent. s. de personis & rebus. Restat nunc de tertio uidere. s. de obligationibus.

De obligationibus, & earum diuisione.

OBligatio est iuris uinculū, cuius necessitate astringimur ad aliquid dandum, & faciendum secundū Romanæ ciuit. iura. i. secundum ius romanum fiat, & nō contra ius. Obligationum autem alia naturalis tantum, alia ciuilis tantum, alia naturalis & ciuilis simul. Naturalis obligatio est, quæ naturalem æquitatem in se continet, & hac naturali sola obligatione se *obligat pupillus* proximus pubertati sine tutoris act. *factus non locupletior* nec dolum cōmittens. Item *seruus cuilibet personæ*. Item pater filio in eius potestate existenti, & filius patri. Hi qui sola naturali obligatione obligantur, non tenentur, quia naturalis obligatio est inefficax ad agendum. Ciuilis obligatio est, cum quis solennitate iuris astrictus, sed naturalis æquitas eum teneri nō suadeat, sicut est is, qui confessus fuit per scripturam se causa mutui pecuniam accepisse sub spe futuræ numerationis, quam tamen non recepit. Vnde licet secundum ius ciuile facta solemniter fuisset obligatio naturalis tamen æquitas non vult, eum teneri soluere, quod non recepit. vnde infra biennium potest opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, quam si non opposuerit infra biennium, ex tunc vult naturalis æquitas, quòd sibi imputet, & teneatur naturaliter & ciuiliter. Vides ergo, quòd naturalis per se inefficax est ad agendum. Naturalis & ciuilis simul obligatio est, cum persona humilis, quæ potest efficaciter obligari cum iuris solemnitate se obliget. i. quando naturalis æquitas vult eum teneri, & iuris solemnitates interueniunt, hæc efficax est ad agendum. Obligationum quidem naturalium & ciuilium, alia est

ex contractu, alia ex quasi contractu, alia ex maleficio, & alia ex quasi malef. Est aũt obligatio ex contractu, quæ pacto contrahit, & quæ ex ipso pacto, & cõtractu descendit, ut emptio, uenditio, locatio, & conductio, donatio, & huiusmodi. Ex quasi contractu est quando aliquis gerit negocium alicuius sine mãdato, ut tutor, curator, & similis personæ, isti enim non contraxerunt cum illo, cuius negocium gerunt. Vnde quia non tenentur ex cõtractu, non constat, ut quasi ex contractu teneantur. Ex maleficio est, quando aliquis furtum, uel rapinam, uel iniuriam alicui fecit, hic tenetur ex maleficio. Ex quasi maleficio est, quando aliquis directè non delinquit, sed quasi, ut est quando ex domo sua, uel in qua habitabat aliq̃d effusum est, uel deiectum est, quod alteri nocuit. Contrahuntur autem obligationes aliquãdo re, aliquãdo uerbis, aliquando litteris, aliquando cõsensu. Re contrahitur obligatio in mutuo, commodato, deposito, & in pignore debet poni, ex re enim mutuata teneris mihi ad similem rem reddendam. Et ex re commodata & deiposita, uel pignorata teneris mihi ad eandem rem restituendam, quia interuentu ipsius rei obligatur, qui rem recepit. Verbis contrahitur obligatio per interrogationem præcedentem, & responsionem incontinenti subsequentem, unde nisi interrogatio præcedat responsionem, non ualet obligatio, utputa si Cor. ita sti ab A. promittis mihi dare c. uel facere hoc & Anto. incontinenti respondeat promitto. Est autem stip. uerborum conceptio quibus quis interrogatur daturum, facturum, uel ad quod interrogatus est, respondet. Et dicitur stip. a stipulor, uel a stipulum .i. firmum, forte a stipite descẽdẽs, unde stipu. per interrogationem ponitur. Et not. quòd debet fieri responsio præcisè sine suspitione uoluntatis. Litteris contrahitur obligatio, quando aliq̃s emisit litteras se ex causa mutui, habuisse x. quas non recepit, licet hoc facit spe futuræ numerationis, unde licet infra biennium possit opponere exceptionem nõ numeratæ pecu. elapso tamen biennio, astrictus est naturaliter, &

ciuiliter

ciuiliter ipsis litteris ad dictam pecu. soluendam. Cōsensu vero solo contrahitur obligatio in societate mandato, emptione & venditione, ista enim solo consensu contrahunt, siue re, litteris, vel verbis. Item aliquando contrahitur obligatio purè, aliquādo in die, aliquando sub conditione. Pure contrahitur obligatio, quando non apposito die, vel conditione promittitur aliquod dari, vt promitto tibi dare x. ex causa mutui, vnde hoc pure debetur. i. incontinenti. Sed tamen not. incontinenti, vel prius debeat expectari tamdiu quam commodo soluere possit. In diem contrahitur obligatio. vt puta promitto tibi dare x. hinc ad pascha. vnde licet facta promissione incontinenti debitor factus sum, non tamen a me potest peti, nisi adueniente die, sub conditione fit obligatio, vt promitto tibi dare x. lib. si nauis ex *Asia venerit*, vndé licet pendente conditione non *oriatur obligatio*, vel actio, ea tamen secuta, orta est *actio*. *Cæterum not.* quòd stip. inutiles reddunt multis de causis. Aliquandò enim stipu. redduntur inutiles ratione interualli interpositi, nisi interuallum sit modicum, vel aliquod momentum naturæ, quia sicut dictum est supra, facta interrogatione incontinenti, antequam ad aliū actum diuertant, debet fieri responsio, vnde certum est, quòd in stip. necessaria est interrogatio, & responsio, & ideo neque mutus, neque surdus infans stip. contrahere potest, nec etiam absentes, quoniam inuicem se audire debent, vnde inutilis est sti. ratione dissensus. vt si stip. unum, & tu promittis, aliud. Item inutilis est sti. contracta super impossibili conditione, vt si digito tetigero cœlum. Item est inutilis, si ex turpi cā descendit, utputa si sti. fieri homicidium, vel sacrilegium. Item inutilis est, si fiat per metum vel dolum. Item est inutilis ratione inutilis detractionis, vel adiectionis, vt si stipu. pure, tu respondes sub conditione. Item est nulla stipu. ratione personæ appositæ, ut si sti. alteri. Sunt enim inuentæ sti. vt unusquisque sibi acquirat quod sua interest, sed si sti. quis alteri, cuius iuri subiectus est, utputa filius patri uel seruus do

mino

mino valet sti.& ex illa stip. acquiritur patri & domino, sed alteri quam prędictis personis non potest quis sti. nisi sua intersit. Vnde si stip. alteri dari, cui dari mea interest, tenet sti. vt puta si stip. dari creditori meo, vel procuratori vel tutori, vel similib. personis, licet ex tali stip. solus ego agerę possim, & non ille cui sti. sum dari. In casu tñ ex ea stip. agit ille, cui dari pactus sum, vt si tutor stip. dari pupillo vel curator, furioso, vel actor vniuersitati. Item & si procurator absens stip. est dari domino. Verũtamen licet sti. nemo vel paci sci possit, nisi vt dictum est supra. Si tñ adijciat pœnam stip. s. pœnæ sibi debendæ tenet, vt si ita stj. promittis mihi, quod dabis Co. c. & si non dederis mihi dabis noĩe pœnæ duplum, vltima stip. s. pęnæ tenet, licet principalis non teneat. Vñ coget ille nisi dederit Co. c. pœnam. qñ autem possit exigi, & qñ non hr infra, vbi tractatur de pactis. Verum quia interdum obligationes non tenent nisi rõnibus appositis, iccirco de renunciationibus subinfertur.

De renunciationibus.

DEfensiones, exceptiones, & beneficia à legibus sunt quædam iu fauorem, quædam in odium introducta, vnde contingit, quod illę personæ, pro quib. vel quarum occasione introducta sunt per illa iuuantur, de illis obligationibus, quas fecerint, verum quamuis regulariter tradatur, vel licitum sit renunciare his, quæ per se introducta sunt. Aliquæ enim sunt defensiones, exceptiones, & beneficia quibus renunciari non potest, & si renũciatur renunciatio non impedit quominus ipsa beneficia, & exceptiones opponi possint. Aliquæ vero sunt quibus renunciari potest, & renunciatio facta tenet, & illæ personæ quæ ante renunciationem per ipsa beneficia iuuabantur, renunciatione facta postea non iuuantur. Aliquæ sunt quibus quo ad quid renunciari potest, & quo ad quid non. Est enim de singulis videndum, & primo de illis quibus renunciari potest.

Quibus

Quibus beneficijs renunciari non potest.

BEneficium macedoniani senatusc. competit filiof. q. pecuniam mutuo accepit sine pris voluntate, & non solum competit ei interim, dum est in ptāte pris, verunetiam postquam factus est sui iuris, & ēt competit hrdi ipsius filijfa.& eius fideiussori,& huic beneficio, qđ introductum est in odium fœneratorum, renunciari non pōt. Beneficium restitutionis in integrum competit minorib. toto tpe minoris ætatis,& ēt eo finito, infra quadriennium continuum si in minori ætate decepti fuerint eorum facilitate, vel aduersarij caliditate, & huic beneficio non pōt renunciari, q̃a eo ipso deciperetur, si renunciaret minor beneficio, vt q̃ si condemnetur in quantum facere pōt,& non ultra.i.habita ratione, ne egeat, competit marito,& eius patri, qn̄ conuenitur ab vxore. Et competit vxori, & eius patri, qn̄ conuenitur a viro. Item competit patrono, qn̄ conuenit a liberto. Itē competit socio qn̄ conuenitur a socio. Item competit patri, qn̄ conuenitur a filio, a filia,& huic beneficio non potest renunciari. Beneficium quoddam est, quod dicit, ne liber hō ob ęs alienū obligetur. i. pignoretur, & huic bñficio renunciari non pōt, quia hæc renunciatio esset dānosa libertati. Benefi. seu priuilegium fori, qđ competit forēsi, dicit, qđ reus debet conueniri sub suo iudice, quia actor forum rei sequitur,& non reus actoris, nisi in quibusdam causis, & huic priuilegio fori solo pacto nō renunciatur, sed ad hoc ut reus possit etiam alibi, quam in suo foro conueniri, promittet solutionem facere, vbi conuenitur. Beneficium seu priuilegium fori, quod competit clericis, dicit quod clericus de iure communi subiectus sit iudici seculari, per priuilegium tamen potest declinare, & dicere, quod velit tantum coram suo episcopo respondere, & huic beneficio iure canonico non renūciatur, quod est introductum in fauorē totius clerici,& nō alicuius clerici singularis. Exceptio non numeratæ pecuniæ, siue non traditæ, vel redditæ rei aliquā com-

competit, infra duos annos aliquando infra. 30. dies, aliquando infra unum annum, aliquando infra tres menses. Ecce enim debitor, qui confitetur se mutuo pecuniã accepisse, quã non recepit, potest opponere exceptioni non numeratæ pecuniæ, infra duos annos a die confessionis factæ. Creditor uero, qui confessus est sub spe futuræ numerationis creditum accepisse a debitore habet exceptconem non solutę pecuniæ, infra. 30. dies, maritus autem qui confessus fuit sub spe futuræ numerationis dotẽ accepisse, hẽt exceptionem nõ numeratę dotis, quæ est opponenda infra annũ post solutũ matrimonium. Et hoc si matrimoniũ durauit minus duob. annis, vel est op ponenda infra 3. mẽses, si matrimouiũ durauit plus duobus annis, sed minus decem. Et prædictis exceptionib non põt renunciari, & si renunciatur, renunciatio nõ impedit quominus infra dicta tẽpora opponi possit. Verũtamen in hoc prodest renunciatio, quia si nõ esset facta renunciatio, debeat probare aduersarius confitẽtis, se pecuniã ipsam soluisse. At post quã facta est renũciatio, incũbit cõfitẽti, & renunciãti probare pecuniã nõ esse solutã. Et ita renunciatio cõuertit onus probationis in renũciantẽ. Lex illa rub. & nigri tituli codicis, ne fideiussores uel mandatores dotiũ dentur, prohibe, fideiussorẽ dari pro dote restituẽda in euentũ restituendę dotis. Vnde licet quidã faciãt in hmõi instrumẽtis fideiussorẽ renunciare rubro, & nigro titulo codi. ne fideiussores, vel mãdatores dotiũ dentur. Ipsa tamen renunciatio nõ valet, quia talem fideiussorem dari prohibetur a lege. Et illud quòd fiat contra legem pro infecto debet haberi. Sed hoc uiso uideamus de beneficijs illis, quibns renunciari potest, & quorum renunciatio impedit, ne ipsa beneficia opponere possint.

Quibus beneficijs potest renunciari.

EST quoddã beneficiũ quod vocatur noua cõstitutio de plurib. reis debẽdis. i. de plurib. debitorib. quę cõstitutio dicit, ꝙ si pluresfuerint rei debẽdi, hoc est plures debitores, Dicitur. n. reus a re quã dẽt, qui oẽs sint idonei ad soluendũ, habẽt beneficiã diuisionis, quia põt dicere

vnusquisque ; pro sua parte tantum tenetur, sed ad hoc ut unusquisque teneatur insolidum, duo necessaria sunt .s. quòd promittãt, & se obligent solidum, & renuncient dicto beneficio .s. beneficio nouæ cõstitutionis, & de plu rib. reis debendis epist. diui Adr. est quędã lex, cuius bñficium competit plurib. fideiussoribus. Et dicit, ꝙ si plures fideiussores sint idonei ad soluendum, debeat vnusquisque conueniri pro parte sibi contingente .i. pro rata. Sed vt ad hoc vnusquisq; teneatur in solidum, renuncięnt beneficio epis. diui Adr. Est quoddam beneficium nouę cõstitutionis, qđ competit soli fideiussori seu fideiussorib. qđ quidem dicit, ꝙ si principalis, & fideiussor, ambo pariter sint idonei ad soluẽdum, debet primo cõueniri principalis quã fideiussor. Sed ad hoc vt fideiussor possit quãcunq; voluerit creditor conueniri, renunciet beneficio nouæ constitutionis de fideiussoribus. Et no. ꝙ quandoque tres vel plures principales principaliter, & insolidũ se obligant habent locũ ibi omnes p̄dictæ tres renunciationes, & dñt poni hoc mõ. Renunciantes nouarum constitutionum, & epist. diui Adr. beneficio, vnusquisque .n. recedit pro altero, quãdo se obligat vltra partem sibi cõtingentem. Conditio indebiti dicit, ꝙ si aliquis indebitè soluit, vt quia non tenebatur soluere, potest illud repetere, & huic conditioni beneficio bene renunciatur. Conditio sine causa dicit, quod si aliquis ab initio obligatus est sine causa, vel ex iniusta causa, non tenetur, & huic beneficio põt renunciari, nisi fieret propter dolum. Exceptio doli mali est, quòd aliquis dicat se dolo, uel caliditate alicuius inductũm esse, & huic exceptioni ob dolum pręteritũ põt renunciari. Est beneficium fori ꝙ competit scolarib. Scolaris .n. qui Bo. moratur, subiectus est iudici Bo. de iure communi, eo quòd Bono. habitat, sed per priuilegium põt recusare, & dicere, quòd velit coram suo doctore cõueniri, & huic beneficio potest renunciari. Est beneficium, quòd dicitur conditionis incertum, quod habet locum, quãdo aliquis institutus hæres rogatus est hæreditatem, vel certam partem alteri restituere, vel quando aliquis institutus est hæres, & si ipse

decesse-

decesserit sine liberis substitutus est ei alius, qui substitutus habet ius in ipsa hæreditate, eo quod adueniente cõditione debet in eum uenire hæreditas. Et hoc tale fideicommissum dicitur incertum conditionis, quia incertum est, an ipse institutus decedat sine liberis, & huic conditioni potest substitutus renunciare. Beneficium iuris hypothecarum cõpetit uxori de bonis uiris, quia omnia bona mariti tacite sunt obligata uxori pro dotibus suis, & huic beneficio potest uxor, renunciare, & uiro contrahentibus. Si tamen certificetur mulier, quod illud beneficium competit sibi, & dicatur ei expræssim quid in eo continentur. Debet mulier semper certificari de iure suo, quia licitum est mulieribus ignorare iura. Item prædictum beneficium iuri hypothecarum competit creditori, si bona debitoris sui sunt ei expresse uel tacite obligata, & huic beneficio potest creditor renunciare. Beneficium uelleiani senatusconsulti competit mulieribus intercedẽtibus, seu se obligationibus pro alio, & dicit illud bene, ꝙ si mulier fideiubet, uel ꝓ alio se obligat nõ tenet regulariter, & huic beneficio potest renunciare, si de eo certificetur mulier. Et no. etiam qđ quando mater recipit tutellam filij, uel aliam tutellam nepotis, debet renunciare secundis nuptijs, & beneficio uelleiani senatuscõ. Ceterũ uidendũ est de illis beneficijs, quibus quo ad quid renunciari potest, & quod ad quid nõ.

Quib. beneficijs, quo ad quid potest renunciari, & quo ad quid nõ.

Est quoddam beneficium redhibitorie. quod cõpetat illi, qui ignorãs emit rẽ morbosam, uel vitiosa. Ex hoc. n. beneficio potest agere cõtra vẽditorẽ, ut reddat sibi precium, & accipiat rẽ, & hoc redhibitorie competit infra. 6. mẽses. Itẽ est aliud beneficium quod appellatur, quãto minoris, quod dicit, quod si aliquis emit aĩal, uel rẽ vitiosã quã nesciebat vitiosã eẽ, põt agere cõtra vẽditorẽ petẽdo illam partẽ præcij reddi sibi, quã nõ dedisset si sciuisset illud aĩal adeo uitiosum, & hoc beneficium cõpetit inf. vnũ annum. Et beneficio prædictarum actionũ põt emptor renunciare, & renunciatio prodest venditori, si ipse vẽditor rei morbũ illũ, vel vitiũ ignorabat. fiat,

sciuit,& illud subticuit,nec emptorem certificauit rōni doli,nō vȝ renūciatio prædictarū actionū. Est quoddam beneficiū,nequis uocetur in ius dieb.feriatis,& aliquando tñ contingit, ꝙ pōt renunciari ferijs diebus feriatis. & aliqñ non.Nā si dies feriati sunt rōne messiū, & uindemiarū uel voluntate litigātiū,pōt ipsis ferijs renunciari. Sed si sint feriati in honore Dei,ut dies paschalis, & natalis dñi,& circuncisionis, & dies dñici, non pōt renunciari, quia pacto priuatorum, reuerētia diuini numinis remitti nō potest. Et hæc de renunciationibus dicta sufficiant.igitur uiso de contractibus,& cōtractuum partibus,& diuisionibus superest de pactis uidere.

De pactis.

QVia hic de pactis tractatur. Vidēdum primo quid sit pactum,& vnde dicatur.Secūdo pactorū diuisionib.Tertio in quib.& super quib.prodest pactū, & qñ pęna in pactis cōmittat.Pactū est cōsensus duorū vel plurium in idē alteri ab altero paciscētiū,dādū vel faciēdū,& attēde diligēter singula verba diffinitionis.Pactū.n.cōsensu perficitur, ut emptio.& uēd.Et hæc differētia sti.in qua nō solū cōsensus, sed ēt uerba necessaria, quia hēt fieri ꝑ interrogationē, & rñsionē.Itē necessariū est ut in pacto sint duo uel plures, & ꝙ cōsentiāt in idē dādū uel faciēdū, & benedicit in idem & nō in eodē, quia si ego & tu cōsentiamus,quia unus nostrum det.Titio,quia Titius det uni nostrū,nō est pactū cū alteri stip. uel pacisci nemo possit,& cū nō obligatur aliquis regulariter negociū alterius ꝓmittēdo. Dicitur aūt pactū à pactione. i.pacis actione,hoc est a pace, & actu.nā quod paciscuntur ex diuersis, & contrarijs animorū motib.post multa, & uaria in unā cōsonātē deducūt sentētiā.Vel dicitur pactū a palmarum ꝑcussione, quia cōsentiētes ad inuicē palmas sibi solent paciscētes percutere,& iniūgere.Et est pactū generale ad oīa,quæ agūtur cā obligationis cōtrahēdę,uel tolendę.Pactorū multæ fiūt diuisiones,sed de aliquibus hic tāgitur.Prima diuisio est, quia pactorū quædā sunt utilia,quædam inutilia.utilia sūt pacta vestita,quę rōne personarū,& rōne rerū,& secūdū iuris ordine fiut,

cum

tum hoc quod personę, pactū faciunt, q̄ sint tales, q̄ obligare se possint, & res super qua fit pactū, talis quę nō sit ꝓhibita alienari, & in obligatione seruetur ordo iuris. ut supra dictū de ꝑsonis & rerum obligationibus. Inutilia uero sunt quæ fiunt cōtra leges, cōstitutiones, edicta pretorū, & in fraudē. Contra leges dicitur fieri pactū, qn̄ alienatur p̄diū minoris sine decreto, uel qn̄ alienatur dotalis fundus. Cōtra constitutiones fit, qn̄ aduocatus paciscit̄ cū clientulo de quarta parte litis cōtrahēda pro salario suo, contra edictum prætoris fit, ut si fiat pactum, q̄d liceat alicui facerę furtū sine pęna. In fraudē aūt pactum fit diuersis modis, quia fraus aut fit de ꝑsona ad ꝑsonā, aut de rę ad rē, de cōtractu ad cōtractum, aut de noīe ad nomē, & de facto ad factum. De persona ad personam fit fraus utputa, ego tutor, uel curator, qui prohibeor emere aliquid de bonis pupilli, uel adulti mei illud non emo per me, sed per interpositam personam, sicut ꝑ vxorē vel filium, uel ēt per alium extraneum, meo tn̄ noīe. De rę ad rē fit fraus, cū prohibitū sit mutare pecuniam filiof. Ego pecuniā nō mutuo seu aliquā rē do sibi ut ipse, illa uēdita, utatur pecunia. De cōtractu ad cōtractū alterum fit fraus, utputa uir, & uxor cōstante matrimonio prohibētur inuicē donare, nō donāt, sed donationis cā vēdūt. De cōtractu ad contractum eūdem fit fraus, utputa cum deberē pecuniā mutuare titio, & mulier vellet fideiubere pro eo, ego ecōnerso dico, ne mulier defenderetur, vel leiano mutuaui pecuniā mulieri, & titium in fideiussorē accepi. De noīe ad nomen fit fraus, ut cum prohibetur aliquis esse ptās alcuius terræ, ipse facit se eligi non in ptātē, sed in defensorem, vel in procuratorē, quod idem est, mutuo aūt nominę. De facto aūt ad factū fit fraus, vt puta uēdidi tibi ancillam meam, eo pacto, ne ꝓstituas eam in lupanari ad faciendum questum sui corporis, tu uero non in lupanari posuisti, sed in caupona, vt ibi ministraret, quod idē est quātum ad affectum. Itē no. quòd nō solum prædictis rōnib, sed ēt in quibusdā alijs infrascriptis pacta redduntur inutilia. Ecce.n. si pactum factū est inter debitorem, & creditorē, ne inuitetur ad delin-

quēdum.i.ad solutionem denegādam. Item pactum in quo quis generaliter in se suscipit casus fortuitos, non ualet, & est ratione, ne quis generaliter, & sub ullo lucro uerborū susciperet, quod specialiter suscepturus nō esset. Item pactum de dote ulteriori die reddendo non ualet, & est ratio, quia dannosum est doti & pu. utilitati. Item pactum factum, ut maritus donet uxori ultra id, quod facere possit, & est ratio, quia contra bonos mores esset. Item pactum factum inter militem & eius aduersariū, ꝙ miles possit procurare non ualet, quia contrarium esset publice, utilitati eo ꝙ milites nostri dn̄t scire arma. & non iura. Item pactum ꝙ remittatur expressum sacramentum calumnię, non ualet, & hoc ideo, quia reipu. vtile est, ut lites sine omni suspitione procedant. Itē pactum factum de precario non reuocando non ualet, quia legibus statutum est, ut non obstante hm̄oi pacto precariū reuocari possit. Secunda diuisio, quod pacta alia sunt uestita, alia nuda. Pacta nuda sunt, quę non continēt causam. Nullius. n. est efficacie alicuius rei traditio sine causa. Et etiam dicuntur nuda illa, quæ non vestiūtur aliquo infrascriptorum sex uestimētorum, & hęc nuda pacta sunt inefficacia ad obligandū, uel ad agendū licet possint ad defendendum, quia nudum pactum regulariter non parit actionem, sed exceptionē. Pacta autē uestita sunt efficacia & utilia ad obligandum & agendū. Et dicuntur uestita pacta sex modis uestiri. s. Re. uerbis. litteris, consensu, coherentia contractus, interuentu rei. Sed de prędictis quattuor modis supra habemus exēpla, ubi tractatur, quibus modis contrahitur obligatio. De quinto uero, hoc est cohęrentia contractus est exemplum, utputa uendidit tibi domum, & in ipsa uēditione interuenit pactum quod ego in ipsa debeā morari vsq; ad annum tertium illud vltimum pactum per se factum non valeret, q̄a nudum est, sed coherentia, & gratia illius pacti uestiti. i. vēditionis, in qua positū est valet. De sexto uero. i. de rei interuentu exemplum est, vtputa promisi tibi aliq̄d dare, vel facere, vt tu mihi aliquid dares, vel faceres. Vnde incontinenti cū tibi dedero, quod promisi

misi statim uestitũ ẽ pactũ ex parte mea,& iõ interuẽtu eius,qđ dedi es mihi obligatus ad id dãdũ, uel faciendũ quod ꝓmisisti.Et no.ꝙ quatuor primis modis non dicitur,ꝓprie pactũ uestiri, ꝗa illud dr̃ uestiri, quod nudũ est.Sed pactum,qđ fit re uel uerbis,uel litteris, uel consensu ab instãti natiuitatis suę ꝓcedit uestimentũ, & cũ suo esse accepit uestimentũ. Pactũ uero, qđ uestitur cohærẽtia cõtractus,& interuẽtu rei, primo erat nudũ, sed his interuenientib. accepit uestm̃. 3. diuisio est,ꝗa pacta alia cõsistunt in dãdo,alia in faciendo,in dãdo ut si conueni tibi dare. c. uel equũ, uel aliã rem in faciendo,ut si cõueni tibi facere foueã uel domũ.4. diuisio est, ꝗa alia sunt expressa alia tacita. Expressum est, ut si cõueni tibi aliquid dare uel facere.Tacitum est, ut sit.cõduxi domũ tuã,& in eã res meas induxi, tacite uideo pepigisse tecũ, & inuecta,& illata sint tibi obligata pro pensione, Itẽ tacitum pac.est, ut si creditor restituat debitori chyrographum,siue instrumentum debitũ quia tacite vr̃ ei fecisse pac.de non petendo. Item tacitum est pac. ut si habeã tres debitores qui mihi tenebantur in xx. & erat unusquisq; insolidũ obligatus, vnde ego recipi ab vno eorũ quinque;& ita uideo renũciasse iure solidi & pac. fecisse tacite non petere ab uno quoq; aliorũ nisi alia quinque pro quolibet.5.diuisio est,ꝙ pac.alia sunt clara, alia obscura.Clara sunt,in ꝗb. obscuritas, uel ambiguitas non uersatur,& hæc quia solenniter facta sunt seruari dicũt, ꝗa nihil est qđ magis hoĩb.conueniat q̃ pacta seruari ob scura sunt, q̃ pñt habere duplicẽ intellectũ, ut si dixerit uenditor,stillicida sicut sunt rei uẽditæ.ita sint, & intelligebat,qđ seruitus stillicidij recipi deberet a re uẽdita. Emptor uero intelligit qđ deberetur rei uenditæ.Et hęc obscura pacta interpretanda sunt contra ꝓferentẽ, quia in eius ptãte fuit aꝓtius legem conscribere.6.diuisio est, quia pacta alia sunt gratuita,alia nõ gratuita. Gratuitũ pac.est, ut cum nullo dato uel ꝓmisso gratis debitũ remittitur.Non gratuito est transactio,quæ fieri debet ali quo dato promisso, uel retento. Pro sunt autẽ & porriguntur pacta ad illas tantum personas inter quas facta

 sunt,

sunt,& alijs personis regulariter non ualent. Sed fallit hoc in infrascriptis casibus, quia pactum de non petendo factum reo principali prodest fideiussori, uel nisi fide in sãio donandi, nisi paciscendo actum sit, ne prosit fideiussori, uel nisi in rem suam fideiussisset, quia his trib. casibus pactum rei non prodest fideiussori. sed econtra pactum fideiussoris non prodest reo, quia licet rei intersit a fideiussore non petere, quia fideiussor habiturus erat regressum contra eum, nõ tamẽ interest fideiussori a reo petere quia cũ reus contra fideiussorem nõ sit habiturus regressum, nisi fideiussor in rem suã fideiussisset, quia fideiussor pro eo tunc accipiendus est, & tunc pactum rei prodest fideiussori, & pactum fideiussoris accepti in rem suam prodest reo. Pactum uero fideiussoris non prodest cum fideiussore, sed expressum agatur, quòd prosit ei vel confideiuss. prodest. Item pactum unius rei debendi. s. argentarij socij prodest alteri. Item pactum factum cum uẽditore, uel donatore prodest emptori, vel donatorio. quia succedit in rem ipsam. Item pact. factum cũ fil. vel seruo prodest patri vel dño. Pactum autẽ procur. prodest do. & nocet in trib. tantum casib. hoc est si hẽt spãle mandatum, uel si in rem suam cõstitutus est, vel si hẽt liberam & generalem adminst. Itẽ pac. tutoris vel curatoris prodest pupillo, & adulto, & etiã nocet si fiat bona fide, & non aĩo depredandi. Nunc demum uidendum est, qñ pœna in pactis apposita cõmittatur. Est igitur sciendum, ꝙ pena in pactis apposita aliqñ committitur, aliqñ non. Si. n. conuentio incipit conditionẽ, utputa si stichũ non dedero. x. dabo, committitur pœna, cum certum est conuentum dari non posse. Si uero incipit a præcedenti pactione, utputa promitto tibi stichũ dare, alioqn noĩe pene. x. dabo, & tunc si præcedens pactio est obligatoria, ut quia sit pact. uestitũ committitur pœna quo dare potuit, & non fecit. Si aũt præcedens pacto nõ est obligatoria, tunc non cõmittitur pœna nisi demũ lit. cõtest. super eo quod in pactum deductum est. Item not. quod pacta aliqua fiunt secũdũ leges, aliqua p̃ter leges aliqua cõtra leges. quãdo fit pact. secũdum leges, utputa, quia promittitur

titur aliquid dari, vel fieri, quod lex permittit, tunc si est pęna promissa, pōt peti, uel res uel pęna. i. alterum eorū solū nisi dictum sit, quod pęna soluta ratū maneat pac. quia tunc vtrūque potest peti, quādo autem sit pactum præter leges. s. quando pacto aliquid promittatur, quod neq; lege expressum promittitur, neq; expressum prohibetur, utputa cū promitto factū alienū. quòd si non fiat, promitto pœnā. tunc licet nō valeat principale, quia factū alienū promittere non possum, nec ēt alteri pacisci, ualet tamen pœnæ promissio. Quādo uero fit pactū contra leges, ut quia promittitur aliquid qđ lege prohibetur. s. res sacra, uel religiosa uel liber hō, tunc neutrū v. neq; principale neq; pœnæ promissio, quia quod fit prohibente iure, pro infecto habetur. Item no. quod pœna aut adducitur quantitati, aut speciei, aut facto. Si pœna adiicitur quantitati, utputa promitto dare. x. sub pœna dupli, tunc ipsa pœna quantacunque, & qualiscunq; promissa sit, reducitur ad legitimū modum usurarum sortis promissæ, & hoc ideo, quia ex quantitate pecuniæ solet committi fœnus. Si uero adducitur pęna speciei, ut promitto tibi equū, uel aliam speciem sub pœna. x. lib. illa pœna exigitur tota. idem est, & si adiicitur facto, utputa promitto tibi facere domū uel fouea̅, quia pęna adiecta speciei, vel facto quātacūque sit eximitur tota. Et hæc de pactis sufficiāt. Nunc de instrumentis videamus.

De instrumentis, & eorum diuisionibus.

QVia Sūma in tractatu de iudicijs sub rub. de probationibus, quæ fiunt per instrumēta cōtinetur de diffinitione, & diuisione instrumētorū, de quib. instrumētis fides ē adhibēda, iccirco ne hmōi reiteratio fastidiū generaret, hoc cōmittēdi duxū, quia si hoc scire volueris ad illam recurreris. Sed quoniam in pu. instru. hoc est a pu. manu facto duo principaliter cōtinentur. s. publicationes, & negocij tenor, qui quidē tenor negocii dicitur ipse contractus qui inter partes contrahitur, & ordinatur. Et omnium fere negociorum tenores in summa ordinate inueniuntur. Ibi. n. est tenor emptionis, & uenditionis, ibi tenor constitutionis dotis, ibi tenor de-

biti

biti,& sic de sin. Ideo hic de solis publicationibus est uidendum hoc est de his quæ publicum & auctenticum faciunt instrumentū ideo.n.publicationes dñr,quia publicam,& auctēticam, & fidem dignā reddunt scripturam, & quia in instrumentis apponi debent, & scribi solet per manum publicæ personæ,hoc est no. qui est dub. persona,eo ꝙ ipsius officiū est ad publicā vtilitatem inuentū. Sunt aūt hæ publicationes regulariter sex.s. anni dñi indictio, dies, locus, testes, & nomen tabellionis, licet septima publicatio in quibusdā locis, & terris addi cōsueuerit.s.nomen papæ,uel Imperatoris eo tempore regnātis,quo fuit conditū instrumentū.Sed hac septima omissa,de p̄dictis sex per ordinē est uidendum. Anteq̃ ponantur anni dñi, solet poni inuocatio nōis eiusdē dñi nostri hoc modo.In nōie patris & filij, & spiritus sancti amen. Vel in nōie dñi nostri Iesu Christi.Hæc aūt inuocatio ponenda est semper in magnis, & paruis instrumētis, licet in minorib. & intra breue tp̄s de futuris pōt omitti incipiendo simpliciter Anno dñi &c.licet in oī instrumēto magno,& paruo inuocatio domini apponi possit, quia secundum beatum Paulum quicquid dicimus,facimus, totū in nomine Iesu faciamus. Subsequenter pounntur anni.d.qui currunt tunc, quando fit instrumentum hoc modo,In nomine domini amen.Anno eiusdem Millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto. Aliquando dī. A natiuitate domini millesimo &c. Aliquando dicitur. Anno ab incarnatione domini millesimo &c. Et hoc secundum morē quarundā ciuitatū, quæ incipiunt annos dñi ab Incarnatione.Post annos dñi subsequenter ponenda est indictio hoc modo.Anno dñi Millesimum, ut supra, indictione. 14. Dicitur aūt indictio ab indicendo.i. præcipiendo. Vnde indictio.i.præceptio, uel præceptū; Cæsar.n.p.Aug.descripsit totum orbem sub tributo sibi exhibendo sin. 15.annis,diuidens totum orbē in tres partes.Vni parti imposuit, ut primo quinquennio daret ei certam quantitatem ferri,alteri parti, ut secundo quinquennio daret ei certam quantitatem argenti,alteri tertiæ parti,ut ultimo quinquennio daret certā quantitatē

auri.

curi. Et finitis tribus quinquennis.f.15.annis fiebat reiteratio ad primum. Et propterea nulla indictio transcēdit quintamdecimā.post quintamdecimam aūt fit reiteratio ad primā.Oīs.n.indictio,aut est prima, aut secūda, aut tertia,& sic de cęteris usq; ad quintadecimam. Et dr unusquisque annis quindena indictio. Fuit uero primo inuenta ista indictio siue factum fuit præceptum istud a Cæsare Augusto tribus annis antequam dominus a uirgine nasceretur.Et propter hoc diuisis annis domini per quindenos,siquid a quindenis superérit ei,quod superérit,dicunt addi tres.Et quot fuerint illi anni superérint a quindenis,cum dictis tribus additis, tanta est indictio, ut in hoc exemplo. Ponamus enim quòd annis domini sint,sexagesimūprimū diuide per quindeno superest unus,& illi uni adde tres & erunt quatuor, & ita erit quarta indictio. Sed si nihila quindenis superérit, nihilominus adde tres, & erit indictio tertia. Et si ab omnibus quindenis supererint, decimum quartùm adde illis tres,& erunt. 17 de his trahe unam quindenam, & erit secunda indictio,unde uersus. Si tribus adiuncti; domini diuiseris annos. Per ter quinque solet indictio certa manere. Post indictionem subsequenter ponitur dies, hoc est quo die mensis factum sit instrumentum. Ponitur autem dies in instrumētis diuersimode,vno mō secundum consuetudinem Bo. ut in hoc exemplo. Primo die Maii,& ita de singulis usq; ad. 16. transactus aūt 16 .ponuntur hanc dictionem 17.die exeunte Maio,& sic de singulis,usque ad penultimū ubi dicitur penultimo die Maii,& ita de singulis illis mensibus qui habent. 31. diem.In illis uero qui habent. 30. dies procedunt similiter usque ad.15.per hanc dictionem intrante,& sic finitis.15. primis descendit per alios 15. cum hac dictione exeunte, semper tamen in prima die cuiuslibet mensis non ponitur intrante in penultimo,& ultimo non ponitur exeunte alio modo secundum consuetudinem quarundam prouinciarum, & locorum ponitur dies mensis semper per ascensum hoc modo Prima die Maii. secunda die,tertia die Maii & singulis sic diebus, & mensibus

si nc-

Si necessarium est tibi scire quot dies habeat vnusquisq; mensis colligitur ex his uersiculis. Iunius Aprilis septẽque nouẽq; tricenos. Plus uno reliqui, sed Februus octo uicenos. Tertio modo ponitur dies in instrumentis per Kalendas, maias, nonas, & idus, quod colligitur ex his duobus uersiculis. Sex nonas maius, october, Iulius, & Mars. Quattuor at reliqui, tenet idus quilibet octo. Sed quia doctrina, hoc est expositio ipsorum versuum lõga est, & implicita, & ut bene exponeretur, & exemplificaretur per singulos menses, longam exigeret scripturam, ideo hic omittitur, & ad locum alium seruatur, vbi *de ea* specialis fit tractatus. Item in instrumento de*bet poni* locus, in quo loco fit instrumentum. Et iste est duplex. f. nomen ciuitatis, villę, vel castri, & ille etiam specialis locus, in quo factus est hoc modo. Actum Bo. *in palatio* communis uel in domo talis, sub porticu *talis domus*. Post locum ponuntur testes aliquando per *ablatiuum* casum, hoc modo præsentibus Petro, & Martino testibus ad hoc uocatis & rogatis. Aliquando per genitiuum præcedente hac dictione in præsentia Petri. & Mar. testium ad hoc uocatorum. Aliquando per nominatiuum hoc modo, interfuerunt. Petrus & Mar. testes ad *hoc* uocati. Verũtamen licet de consuetudine tabellionis in omni instrumento apponatur, quòd testes sint rogati, & non tamen in omni contractu de iure hoc necessariũ est, sed solum in diuortijs, in testamentis, & in confessione creditoris confitentis sibi creditum solutum esse, exiguntur testes uocati, & rogati. Item no. quòd ubicunque non est certus testimoniorum numerus diffinitus, sufficiunt duo testes, cum pluralis eloquutio duorũ numero sit contẽta. Vbi autẽ diffinitus sit certus numerus, uidebis in tractatu de iudicijs sub rubrica de testibus. Post testes ponitur signum & nomẽ tabellionis, & debet poni nomen & pronomen eius, & cuius auctor. est tabellio, & quòd rogatus scripsit hoc modo. Ego Rolandinus imperiali auct. not. his omnibus interfui, & rogatus scripsi. In testamentis autem dices. Ego Rolandinus imperiali aucto. nota. prædicta omnia de mandato dicti testato-

stato-

statoris publice scripsi. Et si fueris in officio communis, dicens imperiali aucto. nunc communis Bo. no. publice scripsi. In scripturis uero exemplandis suis, uel alienis, qualiter se tabellio subscribat quere in x.ca. Summe, ubi tractatur de scripturis exemplandis, & reficiendis. Not. tamen ꝙ quidam ponũt in principio instrĩ omnes pub. excepto nomine tabellionis. Sed melius mihi uidetur, ꝙ tres ponantur in principio scilicet illę, quæ notant, tempus instrumenti scilicet anni domini in dictio, & dies. Et aliæ tres scilicet locus, testes, & nomen tabellionis ponantur in fine. In sententijs autem omnes pu. ponuntur in fine. Et hæc de contractibus, de pactis, & instrumẽtis a principio huius tractatus hucusque dicta sufficiant. De vltimis vero voluntatibus & iudicijs, nihil plus quam dictum est in summa requiras.

ORLANDINI IAM DICTI DE OFFICIO tabellionatus in villis, vel castris operando tractatus fœliciter incipit.

FRATRES, carissimique nobis amici Mart. & Tho. hunc uobis ordinem, & processum, cæterisque tabellionibus, quos officio alicuius castri, vel villæ, siue loci iurisdictionis Bo. præesse contigerit, opportunum, & vtilem vehementer, quem in præsentem notam redigere multa instantia supplicastis, gratanter accepistis, gratis date. Sufficit enim mihi pro huius retributione laboris, quòd secundum hoc numerus gratissimus, nam bene est impensus, fidẽ dando accipit, qui fidem dedit.

De ordine principij rubrica 1

BReue in quo continetur forma sacramẽti, & sequimenti bene & diligenter, litteraliter, & uulgariter uideas. Vt cũ illud in cõcione legere debueris, placeas eloquium in omnibus, vulgare tuum cauẽs sollicite, ne plus

plus festinanter, uel plus tarde eloquium expediat. Legas nec ēt nimis depressa, uel nimiū alta uoce, sed circa hæc oīa medium teneas in legendo. Et deposito omni timore, resumas audaciam, quantam decet. Qm̄ in utroq; tabellione bene deposito gestus, & actus multiplex ab oib. approbatur ipso breui lecto Cumq; te oporteat esse quasi magistrum sapientem, & ducem consulis, uel massarij terræ, illius consules ei, ut ipse præcipiat per se, uel per præconem, ꝙ quilibet a 20. annis supra, & a 20. infra deinde ad dictum terminum præstet sacr̄m sequimēti *sub* certo banno. Quod præceptum in quaterno *præceptorū* ponens, scribes sicut de præceptis inferius te *doceba. De*inde habebis unum folium, uel taliolum sic intitulatū, in quo erunt scripta oīa nomina hoīum de terra illa, qui iurare debebunt, & habebis scripta antequam fiat cōcio. Itaque ꝙ tunc bene habeas ea parata, & surgens leges primum, & si ille fuerit uocabis illum, & ei *computabis* sacramentum hoc modo, tu iuras sequimentum ptātis & cōis. Bo. & consulis. siue massaris. & cōis istius terrę, sicut continet̄ in statuto utriusq; cōis, sicut ego dixi, ita per te seruabitur bona fide sine fraude, si Deus te adiuuet, & sancta Dei euang. Deinde uocabis, & computabis sacr̄m. Sicut ille iurauit per se, ita iuras per te, si Deus te *adiu*uet, & sancta Dei euang. & sic de singulis faciens, qui pręsentes erunt, & qui audierunt primum. Scribes in capite nois sui, unum idest quod repræsentet sacramentum.

De præceptis potestate, vel consule, vel massario factis.

HAbebis unum folium, in quo scribes præcepta sic intitulata. Hæc sunt pręcepta, & banna facta, & imposita a dn̄o tali ptāte, uel consule, aut massario talis terræ ex auctoritate officij sui. Sub anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo octauo, & cætera indictione prima. Et aliquo interuallo dimisso, scribes pręcepta hoc modo. Die tali intrante, uel exeunte tali mense dominus talis potestas, consul, uel massarius præcipit per sacramentum sub banno, decem sold. tali homini, quod

ipse

ipse vadat cum curru suo ad talem locũ, & deferrat frumentum, vel ligna, vel tale q̃d pro communi, vel q̃d uadat Bo. cum talib. aliis, & faciat hoc & hoc. Et sic de singulis præceptis scribendo quicquid præcipitur. Et si præciperetur ita publicè, vt illud publicè banniri fecerit, scribes hoc modo. Præcepit Ioã. massario cõis sancti Ioan. in concione die tali, facta publicè oĩb. hoĩb. tam ibi pñtib. quam absentib. aliis hoĩb. siue publice banniri fecerit p Viuianum nuncium dicti cõis, & in concione die tali facta per totam terram, q̃ quilibet maior, decimum quartum annis, & minor septuagesimo, hinc ad talem terminum, siue diem faciat sacrm sequimenti scd̃m formam statuti ad pœnam, & bannum, quinque sol. Bo. pro quali bet, & pluris minorisve arbitrio potestatis.

De reformationibus consiliorum.

HAbebis unum quaternum, vel dimidiũ sic intitulatum in quo scribes reformationes. Quaternus reformationum, uel cõtinuum cõis sancti Ioan. factarum tẽpore consulatus, vel massariatus talis consuli, siue consulum, aut massarij dicti cõis. Sub anno dñi millesimo, &c, dimittens autem interuallum, seu spacium quatuor linearum scribes reformationem hoc modo. Die tali intrante, vel exeunte tali mense, &c.

Forma quedam reformationis.

COngregata concione, siue congregato consilio sancti Ioannis campanæ sonitu, & voce præconia in domo communis sancti Ioannis, siue apud talem ecclesiam, vt moris est. Ioannis massa. siue consul dicti communis surgens proposuit quid faciendum sit pro communi dictæ terræ circa faciendam æstimationem bonorum hominum dictæ terræ, vel circa imponẽdam, uel diuidendam talcam collectam, vel quid faciendum pro inuenienda, & habenda pecunia pro solutione talis debiti, & sic de singu. quæ proposuerit. Et si fecerit plures propositiones, semper quamlibet incipies in capite virgule hoc modo. Item proposuit hoc, & hoc. Postquam

autem

autem formauerit,& reformauerit quid faciendum sit, scribes reformationem, dimisso spacio vnius lineæ hoc modo. in cuius quidem concionis, siue consilij reformationem portio facto per dictum consulem, vel massariũ placuit omnib. dictæ concionis siue consilij nemine discrepante, vel placuit forte maiori parti, ꝙ fiant æstimationes bonorum hominum dictæ terræ, & ꝙ æstimẽtur omnia bona mobilia,& immobilia cuiuslibet, & ꝙ eligantur ad breuia 5. boni legales uiri, qui prosint *dictis* æstimationibus faciendis, uel ꝙ imponatur col*lecta 22.* lib. inter homines dictæ terræ pro faciendo *tali laborerio*,&c. Item placuit maiori parti, ꝙ accipia*ntur sub mu*tuo c. lib. Bo. pro soluendo tali debito, & ꝙ consul cum 4. ditioribus,& melioribus dictæ terræ vadat Bon. & ipsam pecuniam accipiant sub mutuo, & se obligent pro dicto cõi. Item placuit toti concioni pro soluendo debito 22. lib. ad quod dictum commune tenetur, *tali homi*ni imponatur collecta inter homines *dictæ terræ*, vt ex ipsa soluatur dictum debitum.

Ratificatio solutionis.

CONgregata concione communis S. Ioannis campanæ sonitu apud talem ecclesiam more solito. Lecta fuit ratio expensarum factarum a do. Ioanne massario anno pręterito dicti cõi S. Ioannis auditis diligenter dictis solutionb. ab eo factis, etiam concio, vel consiliũ, & homines omnes ipsius concionis partito facto nemine discrepante ipsas solutiones ratificauerunt,& approbauerunt, & eas ratas, & firmas esse voluerunt, & sic de singulis formationibus.

De denunciationibus saltuariorum super damnis.

HAbebis unum uel medium quaternũ sic intitulatum. Quaternus denũciationum factarum tam a saltuarijs quam ab alijs hoĩbus super damnis illatis tp̃e cõsulatus, vel massariatus talis consulis, vel massarij sub anno domini millesimo, &c. Indictione tali die tali intrante, uel exeunte tali mense Ia. saltuarius dicti communis ex officio suo denũciauit se inuenisse die tali, vel nocte duos boues, uel tot pecudes, vel unum asinũ Mar-

in blado uel uinea uel orto Iaco.corrodendo, uel damnum dando in ipso blado vel uinea,uel orto,& sic de singulis denuntiationibus damnorum.

De condemnationibus.

HAbebis quaternum unũ sic intitulatũ. Istę sunt cõdemnationes factę a Iaco.& Phi.cõsulibus cõis sancti Io.in perfexctá,siue a Pe.massario cõis sancti Io.tẽpore consulatus ipsorum ex aucto. eorum officii sub anno domini millesimo tali,ut supra,Pe.saltuarius cõis sancti Ioã.denuntiauit ex officio suo, se inuenisse duos boues And.damnum dantes quadam nocte, de mense Maii in blado Iac. Iccirco dictus Andreas secundum formam statuti condemnatus fuit in.x.sol.bo. An.talis quia fuit ei pręceptum per sacramentum ad pęnam.x. sol. bo. a Iõ.massario cõis sancti Ioannis, quòd ipse iret Bo.occasione talis negocij, & non iuit,spreto massarij & cõis sui præcepto.iccirco secundũ formam statuti,siue banni condemnatus est in.x.sol.bon.Et sic de singulis condemnationibus scribendo semper causam condemnationis, & in fine condemnationum, quæ fierent ipsa die, scribes, ita lectæ & publicatæ fuerunt condemnationes die dominico,octauo die,intrante, uel exeunte tali mense. Præcepit massarius, quòd dictæ condemnationes soluãtur hinc ad unum mensem sub pœna quarti.

De introitibus.

HAbebis unum quaternum sic intitulatum.Quaternus introituum siue eorum, quæ obuenerunt ad Iõnis massarii cõis sancti Io.pro ipso cõi, tempore officij incepti sub anno. dicto millesi. ducen. sexa. octau, indictione undecima Recepit Io.massa. cõis sancti Ioan. lib. x.Bo.a Ray. mas. priorum sex mensium. d. Pe. delaturas potestati bo.ex forma pacti inter ipsum Po. & cõe sancti Io.factum scriptum manu talis no. Item recepit dictus ma.lx.lib.bo.de collecta imposita, & diuisa inter homines dictæ terrę ad rationem.4. sol.pro li. Quæ quidem diuisa fuit per impositores collec.s.per Pe. & M. pro soluen. communi bo.xl. lib.impositis dicto communi.

ni.S. Ioannis ex collecta.x. millium lib. Bo. imposita comitatui Bono. de mense Maij. Item recepit dictus massa.xxij.bo.a Iacobo pro condemnatione, de eo facta occasione damni illati a duobus bobus suis in blado. M.de mensa Maij s. xx. pro sorte, & ij. pro pęna quarti. Et sic de singulis introitibus ponendo semper, vnde peruenit ei illud quod recipit.in fine semper paginę scribes summam totius paginę.

De expensis.

HAbebis vnum quaternum sit intitulatum. *Quaternus* expensarum factarũ a Io. mas. cõm*unis sancti* Ioãnis,tempore eius in mas.Sub anno. d. milles.ducentes.sexa.octauo,indictione xj. &c. vt supra, Soluit Ioannes mas.cõis sancti Ioannis. xij. sol. Alb. s. Pe. pro duabus uecturis.s.careza, quas fecit Bo. cum *lignis* pro cõi in seruitio domini talis.Itẽ soluit.l. lib. bo. *domino* Pe. massa.communi bo. pro collecta ei *imposita.siue* communi sancti Ioannis imposita a communi Ro.cxx. millibus. lib. impositis comitatui de mense maii. Et sic de singulis solutionibus & expensis,ponendo semper quantitatem in margine chartæ, & scribẽdo nomen & pronomen eius, cui fit solutio,& causa,qua soluit ei, & in fine cuiuslibet paginæ apponẽdo summam totiens paginæ.

Et not.quòd dę qualibet solutione quę excedit summam,xx.sol.Bo.debet apparere pu. instrumẽtum, quod quidem instrumentum facies hoc modo.

Solutio facta.

DOminus Pe.fuit confessus, & contẽtus se habuisse, & recepisse à Ioãne massario cõis sancti Ioãnis,dante, & soluente iure, & nomine dicti cõis. x. lib.bo. quas dictum commune,vel tales homines iure,& nomine dicti cõis ipso dicto Pe. dare & soluere tenebantur ex causa mutui,vel ex tali causa.prout continetur instrumento sripto manu talis not. Renuntians exceptioni sibi non solutę,& non numeratæ pecuniæ quantitatis prædictę, & omni alii auxilio. Et promittens dicto massario vice & nomine dicti communis stip.prædictam solutionem

fir-

firmam, & ratam habere, & te. & non contrafacere, vel venire aliqua ratione, vel causa, sub pœna dupli dictę quantitatis, & refectione omnium damnorum, & expensarum.

Collecta.

COnsulo tibi omnes collectas in taliolis ponas. Et in titulabis taliolum hoc modo. Hęc est collecta. 4. denariorũ pro libra. imposita & diuisa inter homines dictę terrę pro soluendo communi Bo. x. millia lib. impositarum commitatui die tali, uel mense. Martinus Ioannis pro æstimatione. c. lib. bo. soluit. xxiiij. & de. iiij. bo. dominus Anto. pro æstimatione. C. totidem, & singulis hominibus ponendo capiti lineę nomen cuiuslibet, & in medio æstimationis, & in fine lineę quantitatem, quæ contigerit ex ipsa collecta, sicut uides in duobus dictis exemplis. In fine autem ipsius stalioli pones summam totius collectæ, & cũ aliquis soluerit suam collectam facies vnum. s. præcisum, quod repræsentet solui, sicut supra signatũ ẽ ante nomẽ Martini antedicti. Et in fine cuiuslibet talioli dimittes tãtam chartam, quòd possis illic scribere tres summas. s. vnam totius collectæ impositæ. quæ summa scribitur hoc modo. Summa, quæ ex dicta collecta habuit, & recepit dictus massarius, capit, & est lib. bon.

Consignationis collectarum, & condemnationum non solutarum.

ISTæ sunt quantitates, & nõ solutę ex infrascriptis collectis, & condemnationibus impositis, & factis tempore massariatus pe. dulceboni Massarij communis sancti Io. de collecta vnius de. pro lib. infrascripti remanserunt ad soluendum infrascriptas quantitates Ioan. x. sol. Pe. decimum sol. &c.

Extimum.

IN Christi noĩe amen. Anno eiusdem millesimo, die, indictione, &c. An. & Co. æstimatores electi, & sacramento constricti per Ioan. consulem communis Por. ad æstimãdum damnum datum & illatum Phi. de men-

se Maii in vna eius petia terræ arratoriæ uineatæ, posita in contrata, &c. cohære. &c. communi concordio æstimauerunt damnum sol. x. planetorum pro oliuis corrosis, & excorticatis malo modo & ordine.

Alia eiusdem forma in duabus petijs terræ.

VT supra ad æstimandum damnum datum, & illatum Phi. tali in mense Maij, in duobus, uel pluribus eius petijs terrarum, cōmuni concordio æstimarunt damnum esse sol. uiginti planetorum, in una *videlicet* petiæ terrę aratoriæ & cult. sita in contrata. cohære. talis, &c. pro oliuis corrosis sol. x. in alia uero *petia terræ* pratiuæ, & uiti. sita in contrata. cohære. &c. pro herba depasta a bobus, uel alijs animalibus. Et propalis a uitibus euulsis & ablatis malo modo & ordine sol. x. planetorum, &c.

Designatio huius uiæ.

ANtonius, Cora. & Phi. designatores electi, etiam sacramento constricti per Ioannem talem consulem communis & hominum de pon. ad infrascripta facienda, qui Ioannes consul habebat inmandatis a domino Marco iudice, & assessore. d. Pot. Riperiæ. &c. ipsa infrascripta fieri facienda, ut continetur in literis dicto iudice datis die tali, & subscriptis per talem notarium dicti iudi. & datis & præsentatis consuli per talem ministrum dicti iud. Et præcepto dicti consulis dicti designatores, excepto Phi. qui dixit, se nescire, nisi quòd eatur per illam pe. terræ cum pedibus in communi concordio designauere Ia. tali uiam unam per unā petiam terræ Alberti de talibus iacentem in tali loco, cum talibus cohære. per quam uiam debeat ire dictus Ia. uel famulus, siue quilibet eius uice, uel suorum hæredum ire contigerit, cū bobus, & plaustris, & cum omnibus rebus necessarijs ad unam suam petiam terræ iacentem in tali loco, &c. Item per unam aliā petiam terræ Martini talis in tali loco, quam uiam dicti designatores, excepto Bartholomeo terminauerunt lapideis terminis affixis p amplitudi-

plitudinem cubitorum quinque, ut possit faciliter intra re, & exire causa implendi, & uacuandi, prout fuerit opportunum, & necessarium dictę petiæ terræ.

Terminamentum.

ANtonius ex una parte & Phi. ex altera confirmauerunt, laudauerunt, & approbauerunt terminationē factā per Ioā. & Mar. terminatores electos. ex sacramēto etiam astricto a tali consule in executione literarum domini potestatis, inter duas certas petias terrarum iacentes in tali loco, &c. quam terminationem dicti terminatores communi concordia & diligenter tribus terminis lapideis affixis, uno uidelicet a media parte, alio a mōte, tertio uero in medio posito terminauerunt. Pro mittentes dicti Phi. & Io. quòd uterque eorum sibi uicissim, uidelicet unus alteri prædictam terminationem perpetuo firmam, & ratam habere, & te. sub pœna omnium bannorum, expensarum male incurrentium. Sub obligatione omnium suorum bonorum præsentium, & futurorum, ex hoc uoluerunt unum instrumentum, vel plura confici eiusdem tenoris.

Desponsatio concubinæ.

ANtonius filius. q. Bona. accepit dominam Bertā. q. eius concubinā in suam legitimam spōsam, & interrogatus per dominū Ia. si uolebat eam habere ī suam sponsam & uxorē legitimam., respondit, quòd volebat eam habere in suam sponsam, & uxorem legitimā, & in eam cōsensit. Econtra domina Berta accepit dominum An. supradictum in suum legitimū spōsum eodē modo interrogata per dictū dominū Iac. si uolebat eū habere in suum legiti. spōsū & maritum, respōdit ꝙ eū volebat habere in sponsū legitimum & maritum, & in eo cōsensit. Quibus interrogationibus, & responsionibus sic peractis, ideo dominus An. dictam dominam Bertam cum duobus annulis aureis in tali digito desponsauit. præterea confessus, & contentus fuit, se habuisse, & recepisse a dicta domina Berta dotis nomine & ꝓ dote sua. c. lib. Bo. Exceptioni non habitæ, non receptæ dictæ pecuniæ

niæ quantitatis, & spei futurę numerationis, & omni alii auxilio omnino renuncians, promittens dictę dominæ Bertæ stipulanti dare, ac restituere dictam dotem in omnem casum, & euentum dictę dotis restituendæ, præceperuntque mihi no. infrascripto de prædictis omnibus & singulis publicum facere instrumentum. Actũ in tali loco, præsentibus talibus, & talibus. &c.

ORLANDINI BONONIENSIS IN ARTE Notariæ doctoris consumatissimi summulæ præclarissimæ feliciter finiunt.

ADDITIO.

Quæ in quibuscunque iudicijs necessaria sint.

CVM a personis, quæ digniores ipsis rebus sunt, vt instituta de iu:na. gen. & ci. an iudicia procedant præmittendum est, & sciendum, quòd in quocunque iudicio seu arbitrio quatuor personæ sunt necessariæ s. iudex, actor, reus, & notarius, ut ca. forus extra de uerbo. signific. & ca. quoniam contra de proba. & interdum dicitur testium, uel alia probatio loco testium, ut c. 1. 4. q. 4. Item sciendum est, quòd actor est ille qui petit, uel agit, & reus est ille qui se defendit iu. uero est superior eorum ordinarius, uel delegatus, ut extra de offi. delega. per totum. Item est sciendum, quòd actor dat. i. tenetur dare suum libellum ĩ scripts, præsertim in causis arduis, ut ca. infra de libe. obla. narrantem factũ suum, & concludentem, uel petitionẽ uerbalem in qua pariter narret, & concludat ut in au. offeratur. C. de li. con. & ca. offeratur. 3. q. 3. Et notari. seu scriba per iudicem deputatus eam recipiat, & teneat, & etiam omnia alia, quæ per partes ipsas, uel earum procuratores, uel aduocatos, seu alios nomine earum, & pro eis, seu iudice dicuntur, ut in capitulo quoniam cõtra de proba. & & redigit in actis. Et debet cõtinere libel

lus,

sus, seu etiam uerbalis petitio quinq;.s.quis petit, a quo petitur, quid petit, & causam quare petit, & hoc in actione psonali, in reali vero designationem cum forma iuxta le.si in rem.ff. de rei vendi. Vnde uersus. Quis, quid coram, quo iure petatur, & a quo. Recte compositus quisque libellus erit. Hos versus ponit tex. cum glo.c.i. extra de libel.obla. Et interdum ipse actor dat libellum articulatum per positiones & articulos, & in fine dat cõclusionem, & vlterius in fine petit responderi per eum in quantum dicitur in libello seu petitione iustitiã sibi ministrari implorando iudicis officium ĩ his, in quibus fuerit opportunum, quod est latissimum, vt in. l.i. ff de iurisdict.om.iu.

Reus uero citatus prius per seruientem, vel curatum, uel alium nuncium iuratum, vel alius in iudicio repertus petit copiam libelli, uel petitionem cõtra eum oblatorum, uel articulorum contra eum datorum, & diem ad deliberandum, an debeat cedere, uel contendere, ac quid & qualiter debeat dicto libello respondere sibi assignare, & iudex eũdem terminum sibi assignat, nec debet, uel potest sibi hunc denegare, ad. i.allegatio. auctẽ. offeratus da sibi dilationem ad octauam, uel interdũ ad primam diem iuridicam, si tale negotium requirit celeritatem, ut cum agitur de alimentis pręstandis, uel reparatione, uel sustentatione domus ruinosę minantis ruinam, & dantis damnum domui uicini, uel captione hominis fugitiui, & similibus uel alijs secundum stilum ciuitatum & locorum.

Item adueniente dicta die ipsi reo præfixa & assignata, si non compareat actor nec reus, talis terminus circũducitur, idest stat sic in suspenso, & nihil aliud fit, ex quo neuter compareat. Si uero actor non comparet, nec procurator pro eo, tunc reus absoluatur, & actor in expensis per reum factis condemnetur, ut c. i. de do. & contu.li.vi. nec amplius actor auditur, nisi prius prædictis expensis solutis, & data cautione quod de cetero in causa compareat & eam prosequatur ut. c. preallegato. Si autem non cõparet reus, sed actor, tunc per actorem

tem contumacia contra reum accusatur, & conceditur per iudicem ulterior processus, si non se excuset reus aliquo legitimo impedimento, quia tunc habetur pro excusato, quia legitimum impedimentum semper excusat per communia iura, ut puta si esset captus uel infirmus, uel per superiorem suum detentus, uel per hostes, & similia, tunc assignatur sibi alia dilatio competens scilicet ad primam uel aliam secundum distantiam uiarum & causæ ac temporum & patrię, ac personarum qualitatem, & hoc est ad arbitrium iudicis, *facit ad hęc.* c. fi. de transac. & c. cum sit de ap. Die adueniente comparente actore requiratur reus, ut respondeat libello actoris cui respondere tenetur, uel causam dicere, quare respondere non tenetur, & ad hoc terminus sibi assignatur ad aliquam diem sequẽtem. Nec hoc potest sibi denegare, quia die adueniente debet *ipse reus, uel* eius procurator per eum in principio causæ uel post, in iudicio, uel extra constitutus legitime qui onus assumpsit, uel per eius aduocatum dare in scriptis, uel proponere uerbo exceptiones, quare non tenetur respondere libello ipsius actoris contra eum dato, ut puta quia ipse libellus est minus generalis, indebite specificans, uel incertus obscurus, uel alternatiuus negatiuus, seu captiosus. Vel dicere, quod actor est excommunicatus maiori excõmunicatione, & sic non potest agendo stare in iudicio. Et istæ & similes exceptiones sunt dilatoriæ. Vel possit opponi exceptio declinatoria, ut quia est clericus conuentus in iudicio seculari super actione reali de quo in illo iudicio non tenetur respondere. Reus autem respondebit libello uel petitionem contra eum datis, concedendo contenta in eo uel ea negando, &c.

FINIS.

REGISTRVM

a b, A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V.

Omnes sunt quaterniones, præter b, & V, qui sunt duerniones.